 expectat a domino, propter quod etiam servus est alterius sicut
 instrumentum et organum motum ab alio, ita barbarus destitu-
 tus intellectu ordinante secundum legem iustitiae et communi-
 90 cationis, ordinem expectat a Graeco si <ve a sapientia>. Graeci
 enim et Aegyptii primo sapientiam inquisiverunt et ordinem
 iustitiae secundum leges, etc.||

124r || Postquam Philosophus posuit errorem quorundam circa
 communicationes et eundem improbavit, hic ex dictis distincte
 concludit communicationes et partes earum. Et primo fundat
 se super talem divisionem communicationum. Alia est consti-
 5 tuta in omnem divisio, quae est inter eos, quos oportet omni die
 communicare secundum ordinem et iustitiae legem, et vocatur

90 <ve a sapientia>] *suppl. ms. corruptus*

communicatio diurnalis, quia sit omni die. Alia est non diurnalis
 et est inter eos, qui non omni die communicant sibi invicem.
 Prima ex duabus communicationibus constituitur, scilicet ex
 nuptiali, quae est inter virum et uxorem. Alia est despotica, quae 10
 est inter dominum et servum. Et has duas communitates conti-
 net in se domus, quae est prima communicatio. Et hoc demon-
 strat auctoritate Hesiodi poetae, qui poetisans dixit, quod prima
 communicatio est domus, quae est diurnalis et in omnem diem
 constituta, quia illi, qui sunt in | eadem domo, necesse est, ut 15
 sibi invicem communicent. Et in cibis et potu et igne et in aliis,
 quae ad usum vitae pertinent. Et tangit tria, quae requiruntur
 ad domum. Primo necesse est esse in domo dominum, seu prae-
 eminentem, id est patrem familias, qui debet dominari et aliis
 praeminere in domo et ordinare omnia, quae sunt necesse 20
 ad domum. Secundo necesse est esse in domo mulierem, quae
 matrimoniali communicatione communicat praeminenti, seu
 patri familias domus, de qua dicit Philosophus in *Rhetorica* sua,
 quod mulieris bonum est operosam esse. Bona enim mulier
 non debet esse otiosa, sed multum operosa et ita multis potest 25
 prodesse. Tertio necesse est in domo esse bovem arantem, qui
 possessiones arando moveat ad cultum, ut inde producantur
 fructus, qui ad usum domus pertinent et sine quibus commu-
 nitates, quae sunt in domo communicatione oeconomica, nec
 vivere, nec bene vivere possunt. Bos enim pauperibus est mini- 30
 ster, igitur etc.

Hic ex dictis infert conclusionem principaliter inten-
 tam, scilicet illam: domus est communitas secundum naturam
 in omnem diem constituta. Ex qua definitione elicitur, quod
 domus ordinatur finaliter in actus cottidianos. Iuxta quod 35
 nota secundum sanctum Thomam, quod omnis communicatio

23-24 ARISTOTELES, *Rhet.*, I, 5, 1361a 9-12 (AL 31, 1-2, p. 176, 7-10);
De virt., 4, 1250b. 36-40 THOMAS DE AQUINO, *In Polit.*, I, 1, 18.

humana est propter aliquos actus, quorum aliqui sunt diurnales, seu cottidiani, ut comedere, bibere et consimiles, propter quos instituta est domus, alii vero non diurnales, seu non cottidiani, 40 propter quos instituta est vicus, igitur etc.

Hic distinguit secundam communitatem, quae est communicatio non diurnalis et vocatur vicus. Et definitur sic: est communitas secundum naturam ex pluribus domibus non gratia usus diuturnalis constituta. Circa quod nota, quod vicus dicitur viciorum habitatio et inter homines est secunda communicatio non diuturnalis, sed operatis temporibus constituta ad utilitatem sibi invicem communicantis. Unde sicut filius exit de corpore patris et matris secum trahens sibi sufficientiam ad substantiam corporis, ita debet exire de domo parentum ut de domo parentum secum ducat de facultate parentum, quod sufficit ad necessitatem domus. Et ideo domus constituit domum iuxta domum patris et nepos iuxta illum et pronepos et abnepos, etc. Iuxta illos et facta est vicinia, id est viciorum habitatio, quae vicus nominatur. Unde sicut domus constituitur ex duabus communitatibus, scilicet ex nuptiali 55 et despotica, sic vicus constituitur ex pluribus domibus. Et addit, quod omnis domus regitur a senissimo. Ratio est, quia illi praesumuntur esse magis sapientes propter maiorem experientiam et temporis diuturnitatem. Unde Aristoteles III *Topicorum*: nemo eligit iuvenes duces, quia non constat eos esse sapientes. Quod 60 autem senissimi in parentela sit regere domum, probat per exemplum gentilium, qui dicebant omnes deos ipsorum regi ab uno supremo deo, scilicet Iove. Modo homines nolentes se conformare diis nolebant rego ab uno senissimo nunc sicut tunc. Et propter hoc antiquitus homines assimilabant, id est adaptabant, sibi ipsis

52 et] *iter. ms.*

58-59 ARISTOTELES, *Top.*, III, 2, 117a 29-30 (AL V, 1-3, p. 54, 4-5).

species, id est figuras deorum in sceptris, quae directionem figurant secundum leges et iustitiam et cultum figurae, quae figurant honestatem virtutis. Et sicut adaptabant eis species, id est figuras deorum, sic et attribuebant eis vitas deorum in regimine. Ex quibus elicitur, quod communicatio vici non est communicatio domorum, sed sunt diversae specie inter se. Et communicatio domus prima est generatione et est naturalis homini secundum naturam, qua homo est animal coniugale. Communicatio autem vici secunda communicatio est, et etiam ratione naturalis homini, secundum quam per philantropiam coniungitur suis. Dicit enim Aristoteles in *Eth<icorum>* libro VIII, quod pater propinquior est filio quam filius patri, eo quod pater aliquid sui habet in filio, filius autem nihil sui habet in patre. Ex his autem duabus communitatibus generatur tertia, quae civitas dicitur, de qua tractatur in secunda parte principali istius capituli primi, quae sic incipit:

QUAE AUTEM EX PLURIBUS VICIS.

| QUAE AUTEM. Secunda pars principalis istius capituli, in qua tractat de tertia communicatione, quae civitas dicitur et generatur ex primis duabus, scilicet ex domo et vico, de qua quatuor investigatur, scilicet, quod ipsa sit sufficientissima, quod sit naturalissima, quod secundum naturam prima est et quod optimorum bonorum genera instituta est. Partes patebunt, primo igitur probat, quod civitas sit sufficientissima et perfectissima. Et primo supponit, quod omnis communicatio instituat ad sufficientiam vitae et bonae vitae secundum iustitiam ordinatae. Ex hoc procedit tali ratione: quaecumque communicatio colligit omnes alias et complectitur, illa sufficientissima est et perfectissima communicatio, sive civilis est huiusmodi, ergo etc. Maiorem relinquit per se notam, minorem determinat in littera, ibi: QUAE AUTEM EX PLURIBUS VICIS. Ex littera elicitur talis definitio civitatis: civitas est communitas perfecta et per se sufficiens ex

75-77 ARISTOTELES, *Eth. Nic.*, VIII, 14, 1161b 18-21 (AL 26, 1-3, 4, p. 537, 6-9).

pluribus vicis constituta gratia uniendi et bene vivendi instituta. Dicitur: ‘communitas’ – hoc ponitur loco generis. Dicitur: ‘perfecta’, quia complectitur in se omnes alias communicationes ad differentiam domus et vici. Et dicitur: ‘per se sufficiens’, quia
 100 iterum ad differentiam domus et vici. Tunc additur: ‘ex pluribus vicis’ etc., tangitur causa materialis, scilicet vicus. Et tunc additur: ‘gratia uniendi’ etc., tangitur causa finalis, quae est bene vivere.||

124v || Bene vivere est ad commodum et ordinem iustitiae vivere. Propter quod dicit Avicenna in suo libro *De animalibus*, quod vita hominis solius peior est quam esse potest. Unde, ut nullum desit commodum, civitas facta est ex vicis, in quibus
 5 sunt habitationes diversorum artificum, scilicet sutorum, fabrorum, pannificum et similium, in quibus necesse est, quod cives communicent ad bonam vitam. Ex quo patet, quod civitas est communitas perfectissima et sufficientissima, quod erat principale propositum et conclusio principaliter intenta.

10 Hic ostendit, quod haec communicatio, quae dicitur civitas, sit naturalissima et ad hoc inducit quattuor rationes. Prima ratio est talis: finis omnium, quae sunt ad finem, naturalissimus est illi, cuius est finis. Sed communicatio civilis est finis omnium communicationum, quae sunt ad finem hominis secundum naturam. Et hoc probat, quia finis ultimus uniuscuiusque
 15 naturalissimus est, sicut hominis, equi, domus. Communicatio autem civilis est finis omnium aliarum et quid optimum, cum omnia alia ordinantur ad ipsam, ergo est naturalissima. Maiorem huius rationis praesupponit quasi per se notam. Minorem vero
 20 probat, quia communicatio civilis finis est, eo quod quale sit unumquodque, et ratione perfecta finis demonstrat, eo quod finis accipitur secundum ultimam differentiam et convertibilem,

2-3 Cf. ALBERTUS MAGNUS, *In IV Sent.*, dist. 33A, a. 1 (p. 290).

ut dicit Philosophus VIII *Metaphysicae*. Sed communicatio civilis aliarum communicationum est finis; finis autem natura est, quia nihil est ita naturale sicut finis uniuscuiusque, quia in hoc est complementum rei. Unde vitae humanae nihil est ita naturale sicut communicatio civilis, quia finis est et complementum omnium communicationum. Hoc enim dicimus esse naturam uniuscuiusque, in quo est complementum sui. Similiter finis est quid optimum et per consequens est quid naturalissimum. Et per consequens communicatio civilis, seu politica, cum sit finis omnium aliarum communicationum, est naturalissima et optima, quod erat principale propositum.

EX HIS IGITUR. Hic ostendit, quod homo ex natura sua est animal civile. Et ex hoc sequitur, quod civitas est communicatio naturalis. Et innuit talem rationem: homo naturaliter est animal civile. Probat per contrarium, quia homo, qui incivilis est, autem est incivilis propter naturam deficientem. Et si sic, tunc est pravus et maledictus secundum Homerum, aut est incivilis propter naturam perficientem ad aliquod melius quam natura hominis sit, et non propter naturam. Et si sic, tunc perficit ad aliquod divinum et humana communicatione non indiget et hoc confirmat auctoritate Homeri: talis enim incivilis propter naturam deficientem est belli affectator et sine iungo, id est sine lege rationis, ex litteris, sicut in volatilibus, unde dicit Philosophus in libro *De animalibus*, quod aves, rapaces et iracundae – sicut aquilae, accipitres et falcones – semper solitariae sunt et fugiuntur et inclinantur ab aliis avibus propter hoc, quod corrumpunt naturalem communicationem avium et societatem. Demum ibi: QUOD AUTEM, probat, quod innaturale est homini esse incivilem; et ideo probatur et ostendit, quod homo est naturaliter

23 Cf. ARISTOTELES, *Met.*, VII, 12, 1038a 19sq. (AL 25, 3, 2, p. 157, 695sq.); THOMAS DE AQUINO, *STh*, I, 93, 2. 43-44 Cf. HOMERUS, *Ilias*, IX, 63n. 45-49 ARISTOTELES, *De animal.*, VI, 6, 563a-b.

animal civile, inducens hoc in omnibus animalibus praemit-
tendo quandam generalem propositionem, quae est talis, quod
natura nihil facit frustra, ut dicitur II *Physicorum* et I *Caeli* et
55 III *De anima*. Ex hac propositione deducit propositum, scilicet
homo natura est animal politicum et civile, quia natura ordina-
vit soli homini sermonem, ut unus possit alteri communicare et
notificare affectus et conceptus suos et ostendere, quid conferens
et quid nocivum, igitur etc. Ex quibus sequitur corollarie, quod
60 civitas est communicatio naturalis, quod erat principale proposi-
tum. Et sic habentur tres conclusiones principales de communi-
catione civile, quam vocamus civitatem. Prima, quod civitas est
communitas perfecta et per se sufficiens. Secunda, quod civitas
est communicatio optima. Tertia, quod civitas est communicatio
65 naturalis. Item, homo est natura animal civile. Item, homo est
natura magis animal civile omni alio animali etiam gregali. Unde
animal gregale est animal sociale vel est animal, in cuius genere
principans constituitur, ut grues et consimilia. Nam grues unam
sequuntur ordine litterato.

70 | Conclusio: civitas est communitas naturalis. Probatur,
quia constituitur ex communicationibus naturalibus, scilicet
ex domo et vico, quae sunt communitates naturales. Secundo
probatur, quia finis civitatis est naturalis, ergo etiam civitas.
Consequentia tenet, quia unumquodque capit suam denomina-
75 tionem a fine, ut dicitur II *De anima*. Antecedens probatur, quia
finis civitatis est habere sufficientiam vitae ad bene vivendum,
ut prius dictum est. Et ad hunc finem quilibet homo naturali-
ter inclinatur, ut de se notum est. Tertio probatur: illud, quod
est finis aliarum communicationum, est naturale, sed civitas est
80 huiusmodi, ergo etc. Maior patet, quia finis maxime est naturalis

54-55 ARISTOTELES, *De caelo*, I, 4, 271a 33; *De an.*, III, 9, 432b 21-23; cf. *Phys.*, II, 8, 198b 10sq. (AL 7, 1, 2, p. 82, 9sq.). 68-69 ISIDORUS, *Ety.*, XII, 7, 14 (PL 82, 460C). 74-75 Cf. ARISTOTELES, *De an.*, II, 2, 413b 20-21; 4, 415b15-20; I, 1, 403a 20-30.

illi, cuius est finis. Minor patet, quia omnes aliae communicationes ordinantur in civitatem. Ex hoc sequitur, quod civitas est communicatio optima. Probatur, quia finis est quid optimum et sufficientissimum, sed civitas est huiusmodi, ergo etc. Maior nota de se, minor patet ex praecedenti conclusione.|| 85

125r || Hic ostendit, quod civitas sit prior aliis communitatibus et adducit unam rationem, quae est talis: illud est prius, a quo non convertitur subsistendi consequentia, sed posita civitate ponuntur aliae communicationes, scilicet domus et vici, et non e converso. Ergo civitas est prior aliis. Maior patet ex *Postpraedicamentis*, minorem demonstrat in littera. Primo igitur praemittit conclusionem, ut facitur, ad quid perveniatur per rationem adductam. 5

Homo non potens communicare aliis communicatione civili aut est bestia, aut Deus. Bestia, si praviter defecerit a natura hominis. Deus, si profecit ad aliquod divinum et ita nulli communicare noluit, ne a frequentantibus impediretur. Unde scribit Didimus de Diogene, quod exiens de palatio solum scyphum ligneum in sinu portavit, quo aquam hauriret ad bibendum, et cum fugeret ad solitudinem et videret pastores bibere hausto manus, proiecit scyphum, quem portaverat dicens: "Nescivi, quod mihi <s>cyphum portaverat". Et Alexander ipsum in solitudine inveniens multa sibi promisit, ut secum ad palatium rediret. Respondit, quod nihil sibi offerre posset delectationi philosophiae. Et ita fuit quasi Deus, quia vacabat solus, ne ab aliis impediretur. 10 15 20

Duo sunt arma iniustitiae, quae sunt saevissima, scilicet prudentia et virtus. Prudentia est quaedam calliditas et astutia ad nocendum. Virtus est robur nocendi et machinandi omne malum. Haec duo arma habet homo separatus a lege et iustitia. 25

5-6 ARISTOTELES, *Cat.*, 12, 14a 30-31 (AL 1, 1-5, p. 114, 9-10).

Habet enim callens ingeni non ad nocendum et robur ad machinandum omne malum, quia cum talibus nascitur homo, scilicet prudentia, id est astutia, et calliditate et virtute, id est robore ad machinandum omne malum.

30 Unde per haec omnia, quae dicta sunt in isto capitulo prooemiali, Philosophus intendit, quod isti scientiae maxime intendendum est, quae omnium perfectissima est et naturalissima et secundum naturam prima et optimorum bonorum causa instituta et sine qua homo pessimum est omnium animalium et per
35 quam homo est optimum animalium, quae omnia sunt tradita in hoc capitulo primo prooemiali.

| Capitulum secundum, in quo exsequitur intentionem secundum artem traditam in parte prooemiali. Et primo ostendit, quod de communitate oeconomica sit primo dicendum. Et
40 primo praemittit intentionem suam. Circa litteram non posset aliquis dicere, dictum est prius, quod civitas est prior aliis communicationibus. Et ratio primo debet considerare de civitate. Respondetur, quodlibet civitas, seu communicatio civilis, natura prior sit quam oeconomica cura domus. Tamen genera-
45 tione prior est domus quam civitas. Et ratio primo dicendum est de ipsis secundum artem prius in prooemio traditam, etc.||

125v || Nota, quod coniugatio viri et feminae est innominata proprio nomine et propter hoc solet vocari communitas nuptialis. Apud nos vero dicitur matrimonialis, quae signat viri et uxoris communicationem ad ordinem iustitiae redactam in fide
5 tori et spe prolis educandae ad civilem communicationem et ad provisionem domus.

Nota, quod praedicatur communicationes tres. Domus alia ponitur pars oeconomicae, quae vocata est *thymatistica*, id est thesaurisativa, sive pecuniaria, quae scilicet procurat in domo

8 *thymatistica*] *in marg. alia manu* crismatica

ea, quae sunt ad necessitatem familiae, quia sine his non possunt esse communicatio domus, quam quidam dixerunt totam oeconomicam, quidam non per maximam eius partem. Et scitis his scitur perfecte tota oeconomica, quia ex cognitione partium habetur cognitio totius, etc. 10

Hic ostendit ordinem, quomodo de his est determinandum. Et intendit, quod primo velit dicere de despotica et de servo. Cuius ratio est, quia servus est organum domini ad communicationem matrimonialem et primam et ad acquisitionem eorum, quae per thymasticam habentur. Et convenienter dat modum determinandi, quia primo vult ponere opiniones antiquorum. Cuius ratio est, quia saepe errores praesentium corriguntur ex suppositionibus antiquorum, eo quod experientia in talibus maxime prodest, quae melior et certior est in antiquis quam in iuvenibus, etc. 15 20

HIS QUIDEM. Hic ponit opiniones antiquorum de huiusmodi partibus oeconomicae. Cuius ratio est secundum Philosophum, I *De anima*, ut bene dicta accipiamus, male autem dicta vereamur, id est refutemus. Circa quod nota, quod Philosophus in littera tangit duas opiniones circa huiusmodi communicationes, quarum prima dicit: quaedam videtur esse scientia de despotica, id est de dispensatione domus. Et dicunt eam esse eandem cum oeconomica, politica et regnativa. Et hanc opinionem relinquit forte falsam et erroneam ex prius declaratis in proemio. Nam dictum est ibi, quod illae communicationes differunt specie propter diversa bona, quae coniecturant. Secunda opinio dicit, quod despotizare sit praeter naturam hominis et non sit iustum naturale, rationem subiungentes, quia nihil violentum naturale. Et arguunt sic: omnis communicatio humana oeconomica, civilis, sive politica, est secundum aliquam virtutem naturalem hominis. Sed despotizare est secundum violentiam, 25 30 35 40

27-28 ARISTOTELES, *De an.*, I, 2, 403b 20-25.

et non secundum aliquam virtutem naturalem hominis. Ergo despotizare non est de aliqua communicatione naturali hominis, sive sit oeconomica, sive civilis. Unde dictum, quod lege promulgata a principe dicunt hunc quidem esse servum in bello,
 45 scilicet servatum et victum, hunc autem liberum. Natura autem, id est naturaliter, nihil differre servum et liberum. Hanc opinionem removet, in quam, igitur etc.

| QUONIAM IGITUR. Hic removet hunc errorem et ostendit, quod despotica sit pars oeconomicae et est secundum naturam
 50 hominis. Et ad hoc ostendendum, praemittit quandam propositionem generalem, quae est communiter omnibus manifesta, quod possessio est pars domus, sine qua domus sustentari et subsistere non potest. Et possessiva est pars oeconomicae et subiungit rationem, quia sine necessariis impossibile est vivere, sed haec
 55 sunt necessaria ad domum. Tunc innuit talem rationem: omnis communicatio est ad vivere et bene vivere et ad hoc requiruntur necessaria, quae disponit oeconomica per possessivam partem, si dicitur, quod despotica vel possessiva sit pars communicationis humanae et naturalis. Determinat hoc in simili in artibus, quia
 60 si opus artis debeat perfici secundum artis praecepta, necessarium est existere convenientia organa, quibus opus perficitur, ut in fabrili malleum et forpicem. Ita necesse est oeconomicam, cum sit ars dispensandi domum, habere organa determinata, sive instrumenta, quibus perficit opus suum; et huiusmodi organa
 65 sunt possessiones, ut servus, pecunia et consimilia.||

126r || Hic dat aliam divisionem, per quam intendit probare, quod despotica sit pars oeconomicae. Et cum hoc investigat dispositionem servi, qui habet se ut principale organum oeconomi. Et primo virtualiter praesupponit quandam propositionem generalem quasi omnibus manifestam, quae est talis: omne
 5 illud ad oeconomicam pertinet, sine quo possessio non venit ad necessarium usus domus. Tunc ponit divisionem organorum.

Ex omnibus his concluditur, quod despotica, sive dominalis, ad oeconomicam pertinet, quia organum animatum est ante organum inanimatum nec ad operationem usus venit inanimatum nisi per animatum, quia nec aratur ager, nec colitur vinea, nec movetur securis nisi per animatum. Et hoc idem ostendit aliter. Si enim unumquodque organorum inanimatorum esset praesentiens et praeconci-peret iussum dominum sui, et sic perficeret praeceptum domini et opus suum, ad quod est ordinatum, tunc posset dici, quod servus et minister non essent necessarii et despotica non esset pars oeconomicae. Et super hoc inducit poema dicens quemadmodum innuens tale poema, quod tripodes Vulcani spontaneos divinum subinduere agonem, ita ut per se sicut animata tripodent, id est opus tripodorum perficient, tunc verum esset, quod motore animato non indigerent, sicut est servus vel minister.

Hic vult hoc idem ostendere per aliam divisionem organorum, seu instrumentorum. Et innuit talem divisionem de numero organorum, quaedam sunt factiva – et sunt illa, per quae sit aliqua res praeter usus ut expective, quod est instrumentum textoris, fit aliud praeter usum, scilicet pannus lineus, quoniam nec est pecten nec usus pectinis. Alia sunt organa activa et sunt illa, per quae nihil sit praeter usus, ut ex vestitu et lectio sit usus solum, scilicet usus induendi vel iacendi et nihil aliud. Tunc ad propositum: organa, ex quibus quaeritur operatio ad aliud faciendum, quod ad usus domus pertinet, extrinseco indigent motore, sine quo ad operationem propriam et ad usus domus non proficiunt. Ergo et ista, quae movent ea ad operationes domus, ad usus domus pertinent – et sic despotica pertinet ad oeconomicam, quod erat principale intentum.||

126v || Hic epilogat omnia, quae dicta sunt de principatu despotico, et colligit ea in summa dicens, etc. Ex illa littera elicitur definitio servi: servus est organum animatum, activum, separatum alterius, homo existens. Dicitur: ‘organum’, hoc ponitur

5 loco <generis>, igitur. Dicitur: ‘animatum’ propter organa
 inanimata, cuiusmodi sunt securi et alia instrumenta consimilia.
 Dicitur: ‘activum’ propter organa factiva, cuiusmodi est pecten
 et consimilia. Etiam additur: ‘activum’ ad differentiam ancillae,
 10 quae est organum passivum. Dicitur: ‘separatum’ propter organa
 coniuncta cuiusmodi sunt manus, pes etc. Et additur: ‘alterius
 homo’. Dicitur: ‘alterius’ propter liberum, qui non est alterius,
 sed sui ipsius. Dicitur: ‘homo’ propter bruta, quae etiam sunt
 organa activa, sed non vocantur servi. Sic igitur in hoc capitulo
 15 Philosophus posuit ordinem dicendorum et specialiter proba-
 vit, quod despotica ad oeconomicam pertinet, cuius oppositum
 dixerunt antiqui, ut patuit in capitulo, etc. Et cum hoc habetur
 definitio servi iam declarata, etc.

In hoc capitulo tertio Philosophus movet quasdam quae-
 stiones circa praedicta et habent ortum ex prius dictis et promo-
 20 vet duas quaestiones. Secundo disputat ad utrumque partem,
 ibi: NON DIFFICILE etc.

Hic disputat ad utramque partem illarum quaestionum. Et
 quia quaestio prima est de his, quae fiunt inter homines, ideo
 etiam rationes disputantium ab humanis accipiendae sunt.

25 Hic probat per locum a minori, quod in omnibus ex partia-
 libus constitutis invenitur principans et subiectum. In non
 participantibus vita, ibi: UNUM EST PRINCIPANS ET ALTERUM
 SUBIECTUM, ergo multo magis in vita participantibus. Conse-
 quentia tenet, quia minus videtur in his, quae non participant vita,
 30 quod ibi: SIT PRINCIPANS ET SUBIECTUM, quam in vita partici-
 pantibus. Antecedens patet, quia in harmoniis ad unam sympho-
 niam compositis una principatur, et altera subicitur. Et tangit hoc,
 quod ponitur in Ovidio Magno *Metamorphoses*, quod Minerva
 in caelo invenit fistulas et cum sufflaret ad symphoniam, dii infla-
 35 tas buccas eius deriserint, orta est contentio, quae musicarum

33-53 *Non inv.*

principaretur, a Minerva dicente, quod fistularis, aliis dicenti-
 bus, quod musicalium sicut viollae, aliis vero, quod cymbalaris,
 quando scilicet cymbalum vel corda aerea percutitur ad harmo-
 niae sonum, sicut in cytharis psalteris, sistris et aliis, huiusmodi
 percutitur corda ad harmoniae sonum. Iudicium autem relatum 40
 est ad Iovem, qui sucinam dedit, quod musica vocalis principare-
 tur. Musica vero chordarum, sive fidium, subserviret, id est famu-
 laretur, et fistularis musica et cymbularis. Et musica vocalis esset
 sicut rex et monarcha, fidium autem essent in principatu despo-
 tico. Fistularis autem essent in infimo famulatu, quod audiens 45
 Minerva contra se prolatum esse iudicium fistulas inventas proie-
 cit de | caelo in terram, quae cadentes iuxta paludes meochidas
 inventae sunt a pastoribus cantantibus. In eis tandem contentio
 orta est in terra, quae fuerat in caelo. Iudicium autem relatum
 est ad Midam regem, qui contra Iovem dixit musicam fistularem 50
 principari, propter quod affixit Iupiter capiti suo aures asininas
 significans, quod nisi auribus asininis audisset, tale iudicium non
 dedisset. Ex his vult sic arguere Aristoteles, quod si in his, quae
 non participant vita, constitutis ad communicationem eiusdem
 est unum principans et alterum subiectum, multo magis in his, 55
 quae participant vita, ordinatis ad unum secundum communica-
 tionem est unum principans et alterum subiectum. Et subiungit,
 quod haec quidam magis sunt extrinsecae speculationis, id est
 magis pertinent ad musicam quam politicam. Et ideo probat hoc
 in aliis, scilicet in vita participantibus, ibi: ANIMAL AUTEM. || 60

127r || Removet dubium, quia posset aliquis dicere, quod in
 multis hominibus principatur et dominatur corpus et concu-
 piscientia corporis. Respondet per figuram, quae dicitur anthi-
 pofora dicens, quod oportet hoc intendere, scilicet quod anima
 dominatur et corpus subicitur. Secundum naturam habentibus 5
 magis hoc est, qui habent se secundum naturalem ordinem, et
 non corruptum.

Ex omnibus iam dictis concludit, quod in homine secundum corpus et animam sunt duo principatus, scilicet principatus
10 despoticus et politicus, sive regalis. Inter corpus enim et animam
est principatus despoticus, in quo unum, scilicet anima, libere
praecipit, et alterum, scilicet corpus, famulatur sicut servus, quia
corporis membra de necessitate famulantur praeceptis animae.
Et illa est communicatio, quae est inter dominum et servum.
15 Sed inter intellectum et appetitum est principatus politicus,
sive regalis. Nam talis principatus est inter liberos, qui in se
ipsis habent principium suarum actionum et dominium. Et hoc
est inter intellectum et appetitum, quia si intellectus praecipit,
adhuc appetitus habet libertatem faciendi vel non faciendi. Et
20 talis principatus inter intellectum et appetitum est similis prin-
cipatui politico et regali, qui inter liberos est.

Hic probat hoc idem per communicationem masculi et
feminae.

Ex omnibus istis Philosophus intendit concludere, quod in
25 omni communicatione humana – sive ex communicationibus
constituatur unum, ut ex corpore et anima, ex intellectu et appe-
titu, sive non constituatur unum, ut ex viro et femina, domino et
servo – expedit et naturale est unum principari et alterum subici.
Et ita similiter necessarium est esse in hominibus.

Hic solvit quaestiones prius motas. Et primo primam, quae
30 fuit talis: ‘Utrum aliquis sit natura servus?’. Respondet, quod
sic per talem rationem, quia aliqui sunt destituti a proprio regi-
mine rationis, ita quod in se non habent, unde se regnant. Sed
regimen vitae et praecepta oportet accipere ab alio et illi sic
35 disponuntur, quod per naturam sint servi et quod aliis subiciantur.
Hoc autem modo disponuntur quorumcumque nulla est
dispositio rationis. Sed potius usus et opus corporis ad nutum
et ad dispositionem alterius. Et hoc est eis optimum et exem-
plum boni sui secundum virtutem. Isti quidem natura sunt servi
40 et sic determinata est prima quaestio. Et illi quidem melius est

regi et subici quam principari sive dominari et sic soluta est
secunda quaestio.||

127v || Hic probat, quod dictum est per quoddam signum natu-
rale, quia dictum est, quod servus secundum naturam et alia
animalia modicum variantur, sed ambo deserviunt ad necessa-
ria corpori. Hoc probat per quoddam signum naturale dicens:
si quis inspiciat corpora servorum liberorum et dominorum, 5
statim in ipso aspectu physionomiae regulas attendendo consi-
derabit, quod natura vult, id est intendit, differentia corpora
facere liberorum et servorum.

Quare autem accidit contrarium, videlicet servos habere
corpora liberorum et liberos habere animas servorum? Ratio 10
huius sumenda est ex naturalibus, ubi dictum est, quod semen
formans est patris et nisi occasionem patiat, formabitur ad
similitudinem membrorum patris. Dicit enim Aristoteles, quod
haec est causa, XVI *De animalibus*, quod natura semper intendit
facere masculum, quia semen patris formans masculinum est. Et 15
quod fit femina, hoc fit per quandam occasionem, quia scilicet
aliquo alterante destituitur propria virtute. Ita fit, quod fullones,
qui continuo in opere suo magnum motum habent in cruribus
ex calore, qui ex motu excitantur, attrahuntur nutrimentum
ad crura et ingrossantur valde. Et in generatione, cum decisio 20
seminis fiat ab omnibus partibus corporis, hac de causa crura
efficiuntur grossiora et fortiora in natis. Ex simili autem causa
fabri habent grossa brahia et filii eorum similiter. Alia autem
causa sumitur ex libro de locis habitabilibus, ubi dicitur a Ptol-
maeo et ab aliis astronomiis, quod habitantes ad Meridiem iuxta 25

13-17 Cf. ARISTOTELES, *De gen. animal.*, II, 1, 732a 2-11 (AL 17, 2, 5, p. 42, 24 – 43, 9); III, 3, 737a 27-29 (AL 17, 2, 5, p. 55, 10-11).
24-30 Cf. PTOLOMAEUS, *Alm.*, II, 11.

aequinoxialem, quibus bis est aestas in anno, astuti sunt et dolosi
et corpore debiles. Econtra autem habitantes ad Aquilonem,
propter frigus ibi dominans, corpora habent fortia intus propter
frigus circumstans calentia et sunt feroces et fortes, nisi propter
30 occasionem alteratio fiat in istis, ut dictum est. Deinde sequitur
quoniam: ET HOC MANIFESTUM.

Capitulum quartum, in quo ostendit, quod illi, qui dicunt
contrarium dictis, scilicet quidam sit servus legalis et non omnis
naturalis, in aliquo verum dicunt. Et primo ostendit, quomodo
35 alius dicitur servus secundum legem et iuste, unde servus secun-
dum legem est, qui servit secundum ordinationem legis, ut lex
statuit, quod superati et victi in bellis debent servire superan-
tibus et victoribus. De talibus autem servis sunt duae opinio-
nes: una est scribentium in legibus dicentium, quod superatus
40 in bello sit simpliciter servus, alia est opinio sapientium, quod
talis superatus in bello sit servus secundum quid.

Qualiter dicens iniustum videtur eis, quod sola violentia
faciat dominum et alium servum, cum violentia sit res innat-
uralis et quae in civilibus favorem habere non debet, quia sic
45 sequitur, quod melior cum passus fuerit violentiam, esset servus
deterioris.||

128r || Hic solvit illam dubitationem, unde quando quaeritur:
'Utrum iustum sit superatos in bellis esse servos superantium?'.
Respondetur, quod duplex est iustum: quoddam simpliciter –
et est illud, quod ex sui natura est iustum, et aliud secundum
5 quid – ut illud, quod refertur ad utilitatem humanam, quam
lex intendit. Modo vult Aristoteles, quod simpliciter iustum est
meliorem principari. Sed superantem principari et superatum
esse servum est iustum secundum quid, et non est simpliciter
iustum. Et ratio est, quia contingit quandoque bellum esse
10 iniustum, quia surgit ex iniusto principio. Etiam sic filii supe-
ratorum in bellis rationabiliter essent servi, quia nascerentur

ex servis, quod est falsum, quia sic contingeret optimos generis esse servos. Et iustum secundum quid vocat iustum secundum benevolentiam.

Hic ostendit, quod eadem quaestio est et eadem determinatio de ingenuitate et nobilitate, quae est de servitute et libertate. Et primo disputat quaestionem.|| 15

128v || Nota: duplex est ingenuus, sive liber: unus ex parte virtutis, et alter ex parte generis. Primus est ingenuus, sive nobilis, simpliciter, et secundus secundum quid, scilicet apud certos homines.

Cui consonat Tetyna pontifex, qui dicit, quod puer ingenuus captus a barbaris, cum ad servilia cogeretur, confregisse caput ad lapidem et in ultimo spiritu dixisse: 'Non serviam.' 5

Hic reddit ad propositum et adaptat ea, quae dicta sunt.

Hic solvit obiectionem, qua posset aliquis dicere, quod ex bonis aliquando mali et ex malis aliquando boni procreantur. Ergo non semper ex bonis bonum, solvit ibi: NATURA AUTEM, etc. 10

Hic determinat quaestionem et concludit propositum ex praedictis.

Determinatis quaestionibus reddit ad propositum et ostendit, quod communicatio despotica non est politica, immo nec omnis principatus ad invicem sunt idem, sicut antiqui dixerunt. Et sicut a principio movit quaestionem contra eos, qui dicebant, quod non different specie, sed quantitate sola. Et primo ostendit, quod oeconomica et politica sunt diversa propter hoc, quod 20 sunt similia principatibus diversis.||

129r || Probat alia ratione, quod oeconomica non est politica.

Hic probat quodam signo et consuetudine, videlicet quod haec scientia, scilicet despotica, non habet aliquod magnum nec 25 venerandum.

Hic considerat dicta ad consequentia.

Tractatus secundus, in quo Philosophus determinat generaliter de omni possessione et praesertim de pecuniativa possessione, quae etiam utilis est ad regendum domum. Et primo praemittit intentionem suam. Quare autem specialiter intendit determinare de possessione pecuniativa? Ratio, quia dicit Philosophus V *Ethi-
corum*, quod pecunia est mensura valoris omnium eorum, quae veniunt ad communicationem, ex quibus sustentatur domus.

35 |Sermones enim morales potius ab usu quam a scientia theorica accipiendi sunt.||

129v || Hic exsequitur intentionem suam. Et primo movet duas quaestiones de possessione pecuniativa.

Ars subministrativa dicitur ars, qua facit aliquid pertinens ad artem superiorem – sive illud sit materia, sive instrumentum. Sicut ars fodiendi metalla est ars subministrativa aerariae, quia praeparat et ordinat sibi materiam.

Solvit quaestiones, et primo primam quaestionem et intendit talem conclusionem, quod possessio pecuniativa non est eadem cum oeconomica. Patet, quia ad pecuniativam pertinet acquirere pecunias et organa. Ad oeconomicam vero pertinet uti. Sed ista non sunt idem et per consequens nec oeconomica et pecuniativa, etc.

Hic prosequitur secundam quaestionem, quae est talis: ‘Utrum possessiva sit quaedam pars oeconomicae aut altera species ab ea?’. Et primo disputant eam, secundo solvit, ibi: QUONIAM AUTEM NON IDEM, etc. Circa primum videtur disputare, quod possessiva sit causa cum oeconomica, et arguit sic: quaecumque potentiae habent eundem actum et finem videntur eadem esse, sed oeconomica et possessiva sunt eiusdem actus,

33-34 Cf. ARISTOTELES, *Eth. Nic.*, V, 8, 1133b 10-29 (AL 26, 1-3, 4, p. 464, 1-19).

scilicet providere, unde sit sustentatio domus et familiae, ergo 20
videntur esse eadem. Primo igitur proponit quaestionem, etc.

Animalia gregalia oportet quaerere cibum, qui toti congrega-
tioni sufficiat, et industriam, sive facultatem, ad hoc habere.
Animalia autem dispersa sunt solitarie volantia et gradientia.
Et haec saeva sunt, quae sibi solis congregant; et secundum hoc 25
oportet ea habere industriam venativam et praedativam, ut sibi
sufficiant ad vitam secundum ordinem naturae. Et sic unum-
quodque animal secundum ordinem naturae sibi deditum,
secundum quod sibi expedit ad cibum, sic provisionem habet
de sollicitudine vitae, quomodo provideat vitae necessaria. 30

Subiungit rationem, quare diversorum animalium diversi
sunt cibi et quare diversae sunt vitae animalium.||

130r || Hic adaptat hos modos vivendi ad vitam humanam, quia
de vita humana principaliter hic intendit et dicit hic omnia, quae
ferunt auxilium ad vitam humanam in domo, quae est oeconomi-
ca. Et duo facit. Primo dicit omnia, quae ferunt auxilium in domo
ad vivere et ad bene vivere. Secundo ea, quae naturaliter faciunt ad 5
supplementum defectus: UNA QUIDEM IGITUR SPECIES.

Quia autem huiusmodi acquisitio est de necessariis ad
vitam, quae naturalis est, eo quod omnium animalium sollici-
tudo est de pertinentibus ad vitam, ideo subdit concludens ex
praedictis, quod talis acquisitio videtur esse data a natura omni- 10
bus animalibus. Et hoc probat per duo signa, quorum primum
est: quidquid natura ordinat ad naturae sustentationem, hoc est
naturalis, hoc autem in omnibus animalibus ordinatur ad natu-
rae sustentationem, ergo naturalis est. Probatio minoris, quia
sicut secundum primam generationem, id est, quando natura 15
primo producit animalia, omnis natura sufficientia producit
partui, donec per se ipsum possit pasci et acquirere necessaria
id, quod generatum est, et hoc probat tam de animalibus ovifi-
cantibus, quam pollificantibus.||

130v || Ex quo patet, quod natura nos hoc docet, quod nobis et nostris sufficiamus in his, quae pertinent ad sustentationem ad vivere et ad bene vivere. Et sic elicitur talis conclusio, quod modus acquirendi possessiones est naturalis. Probatur, quia
 5 natura inclinatur nos ad providendum de vitae necessariis. Hoc patet, quia quando primo generatur animal, tunc natura providet sibi sufficienter de necessariis, donec potest sibi ipsi acquirere, ut patet in singulis animalibus.

Determinatis autem omnibus ad auxilium domus pertinentibus summam concludit dicens.
 10

Conclusio: Acquisitio divitiarum, per quam acquiritur sufficientia vitae, non est infinita. Probatur, quia nullus artifex utitur instrumentis infinitis multitudine aut magnitudine. Sed divitiae sunt instrumenta oeconomii et per consequens non sunt
 15 infinitae, cuius oppositum dixit Solon poetizans: nullum esse terminum praefinitum divitiarum. Sed dicit quis: est terminus divitiarum, Respondetur, quod sufficientia oeconomii pro numero familiae et dignitate, igitur etc.

Isaia quinto: Vae vobis, qui coniungitis domum ad domum
 20 et agrum agro copulatis usque ad terminos loci. Numquid vos soli habitatis in medio terrae, possessionem enim talium finis est sufficientia oeconomii pro numero familiae et dignitate.||

131r || Capitulum secundum, in quo Philosophus determinat de arte pecuniativa, seu de arte acquirendi pecunias ad emendum vitae necessaria. Et continuatur sic: postquam Philosophus determinavit de arte possessiva, quae est naturalis et finita, consequenter
 5 determinat de arte pecuniativa, quae alio nomine dicitur clymatica. *Clyma* enim Graece numisma dicitur, sicut dicit Eustratius super IV *Ethicorum*. Et tria facit in hoc capitulo, quia primo

19-20 Cf. Is. 5, 8.

7 Cf. ARISTOTELES, *Eth. Nic.*, V, 5, 1133b 22-24 (AL 26, 1-3, 4, p. 464, 17-19).

mouet unam quaestionem, scilicet utrum clymatistica et oeconomica sint idem, sicut quidam putaverunt, vel non. In secunda parte ostendit, quod numisma sit elementum et finis commutationis rei ad rem oeconomicam pertinentis, ibi: IN PRIMA QUIDEM, 10
 igitur. In tertia ex determinatis determinat conclusionem, videlicet quod clymatistica, seu pecuniativa, non est idem oeconomicae nec possessivae, ibi: PALAM; et quod dubitabant et in hoc finitur capitulum. Primo ergo movet quaestionem dicens: EST AUTEM. 15

| Ex littera elicitur quaestio talis: ‘Utrum industria possessiva et pecuniativa sint una et eadem?’. Et ratio antiquorum elicitur talis: quaecumque industriae sunt eiusdem usus, sunt eadem et vicinae, et per consequens non differunt. Sed possessiva naturalis et finita et pecuniativa eiusdem sunt usus, quia 20
 utraque est administrativa facultatum oeconomicae ad vivere et ad bene vivere per se et familia, ergo sunt eadem. Et tangit quaestionem, ibi: QUAM UNAM, etc.

Hic solvit quaestionem, et primo determinat commutationem, qua utebantur primi commutantes res ad invicem. Secundo 25
 determinat commutationem, quae facta est invento numismate, ibi: FACTO IGITUR IAM NUMISMATE. Primo igitur proponit principium, secundum quod procedendum est in ista quaestione. Et primo ostendit distinctionem unius ab alia et intendit talem conclusionem, quod industria possessivae et pecuniativae 30
 non sunt eadem, sed differunt inter se. Probatur, quia prima est naturalis, et secunda non naturalis, sed magis per quandam experientiam et artem. Non est enim natura hominis, ut desideret pecuniam multiplicare, sed propter aliud et per accidens hoc facit, ut scilicet inveniat perpete necessaria ad gubernationem 35
 domus. Sicut enim dicitur V *Ethicorum*: Nummus diligitur,

27 FACTO ... NUMISMATE] *lemma secundum Albertum* 36-37 ARISTOTELES, *Eth. Nic.*, V, 8, 1133a 20-21 (AL 26, 1-3, 4, p. 463, 1-4); b 10-12 (AL 26, 1-3, 4, p. 464, 10-12).

quia fideiussor est futura necessitatis. Et ergo modus acquirendi pecuniam non est a natura ordinatus, sed magis per experientiam et per artem.

40 Nota: Proprius usus calceamenti est calceatio, quia calceamentum inventum est et factum ad calceationem. Sed commutatio est usus calceamenti, sed non proprius, quia propter hoc non est factum calceamentum, sed ad calceationem. Et ergo commutatio est usus calceamenti secundum se, sed non proprius, ut
45 scilicet calceus commutetur pro numismate eiusdem valoris, vel tritico, vel vino, vel alio necessario apud eum, qui abundatur tritico, vino vel numismate et deficit in calceamento.

Et specie ideo commutare valebant in ea, in quibus deficiebant. Et haec est prima causa commutationis.

50 Ostendit ordinem, qualiter hoc processit in commutatione hominum. Unde in prima communicatione, quae est ipsius domus, nullum erat opus pecuniativae. Ratio est, quia illi, qui erant in una domo, eodem communicabant et eiusdem communicabant et eiusdem artis erant. Et ideo nullae commutationes
55 fiebant, nec rei nec pecuniae. Sed iam in littera, etc.

Commutabant specie superflua, quibus abundabant in necessaria, in quibus deficiebant apud alios communicantes.||

131v || Medietas enim arithmetica fit a pari et pacto, ut dicit Tullius. Et si non fiat retributio ad par<um> et ad pactum, confugunt ad iudicem, ut dicit Aristoteles, quinto *Ethicorum*: Tamquam ad iustum animatum et tunc primo, quando inceperunt commutativos hominum ad invicem, etc.
5

Auctoritas commutatio rerum non est species pecuniae, quia non est ad augendam pecuniam, sed ad supplementum necessariorum, ut scilicet per se sufficiens et abundans ea, in

1-2 Cf. CICERO, *Part. orat.*, 22, 76-79.

2-3 Cf. ARISTOTELES, *Eth.*

Nic., V, 3, 1130a 7-8 (AL 26, 1-3, 4, p. 445, 16-17).

quibus abundabat, commutaret in ea, in quibus deficiebat, et sic
 sufficeret ad vivere et ad bene vivere in domo. Haec autem, scilicet 10
 commutativa, quae pecuniativa dicitur, facta est et inventa ex
 naturali, seu possessiva, ut scilicet ad pecunias fieret commutatio
 rerum necessariarum.

Ex littera elicitur, quod numisma est ad commoditatem
 hominum, quia facilius erat modicum de metallo de loco ad locum 15
 portare quam boves et oves et alia secundum naturam necessaria.

Hic tangit ordinem commutationis secundum processum
 temporis et quoniam primo inventum fuit numisma. Character
 est principum imago, et superscripto quo in processu temporis
 signatum fuit numisma hac ratione et necessitate, ut absolvant se 20
 ipsos a mensuratione ponderis, quae difficilis erat eis in qualibet
 commutatione.

Ostensa commutatione, quae fuit ante numismatis inven-
 tionem in commutationibus, emptionibus et venditionibus, hic
 consequenter ponit eam, quae fuit post numismatis inventio- 25
 nem, quae et innaturalis est, et infinita. Innaturalis, quia est in
 his, quae ad naturae sustentationem non sunt ordinata. Infinita,
 quia est ad concupiscentiae satietatem, quae infinita est.

Nota. Industria pecuniativa est ars circa pecunias et numi-
 smata, cuius opus proprium est considerare, unde provenit 30
 multitudo pecuniarum et numismatum.||

132r || Opinio vulgarium est, quod multitudo numismatis et
 pecuniarum sunt verae divitiae, quia reputant illos esse divites,
 qui habent multitudinem pecuniarum, et propter hoc pecuniati-
 vam et campsoriam opinantur esse circa numismata et pecunias
 et non circa vinum vel triticum, vel circa alia necessaria ad vivere 5
 et ad bene vivere. Sed statim subiungit opinionem contrariam,
 ibi: ALIIS AUTEM.

Ostendit, quomodo se habeant pecuniae et numismata
 ad veras divitias. Et intendit talem conclusionem: Pecuniae vel

10 numismata non sunt verae divitiae. Probatur dupliciter. Primo,
quia pecuniae secundum se non sunt necessariae ad vitam, sed
verae divitiae sunt necessariae ad vitam. Secundo probatur: illae
non sunt verae divitiae, quorum abundantiam habens moritur
propter defectum necessariorum. Sed pecuniae sunt huiusmodi,
15 ut exemplificat de <Mida>, de quo legitur, quod optavit, quid-
quid tangeret, fieret aurum, quod factum erat – et sic tandem
fame moriebatur, quia aurum comedere non poterat.

Subiungit aliam rationem, quare numisma videtur esse
deliratum ipsis sapientibus et nullo dignum nec necessarium ad
20 vitam et quare numismata non sunt verae divitiae.

Ostendit, qualiter finita est alia concupiscentia, scilicet
possessivae, quae scilicet est ad vivere et ad bene vivere. Unde
quando oeconomus habet tot, quod potest consequi finem, ibi:
EST TERMINUS.||

132v || Possessiva et pecuniativa sunt eiusdem usus, qui est
acquisitio, sed habent diversos fines, quia finis possessivae est
sufficiencia ad vivere et ad bene vivere. Et ideo habet acquisitio-
nem finitam, sed finis pecuniativae est augmentatio pecuniae
5 infinita et ideo proprie finem non habet.

Concludit ex dictis de pecuniativa.

Ex omnibus iam dictis concludit, quod possessiva sit altera
species a pecuniativa, quia est naturalis et finita. Altera vero infi-
nita et innaturalis.

10 Epilogat ea, quae dicta sunt de pecuniativa et possessiva.

Hic redit ad quaestionem principalem superius motam,
scilicet: ‘Utrum pecuniativa sit oeconomica vel politica, vel
pars eius?’. Hanc quaestionem solvit et intendit, quod solutio
huius quaestionis habetur ex dictis, quod non sit pars eius. Sed
15 bene subministra oeconomicae, quia oportet pecunias existere

15 <Mida>] *corr.*, *Medea ms.*, *cf. infra*, p. 34, v. 36.

pro gubernatione domus. Et pro isto intendit talem rationem: quibuscumque datis vel acceptis ab alio utitur oeconomicus et non facit ea. Illa facere non est oeconomici, sed uti factis pecuniis datis vel acquisitis est >uti< oeconomici. Et hoc oportet ex possessiva et pecuniativa et non facere eas, ergo pecuniativa, 20 quae est acquisitio pecuniae, non est oeconomici. Sed oportet ex pecuniativa et possessiva pecunias et ceteras facultates, quibus utitur oeconomicus, existere per alias potentias et industrias et postea eis uti oeconomicum. Et hoc probat per duo similia, 25 unum in natura et alterum. Simile in natura duplex inducit, 25 unum in politicis. Politica enim est, quae est ordinativa civium, ad formam iustitiae non facit homines, sed sumens eos a natura factos ordinat legibus et urbanitatibus ad formam iustitiae. Et sic utitur factis hominibus et hoc innuit ibi: SICUT ENIM NON HOMINES, etc.|| 30

133r || Adaptat secundum simile, secundum naturam.

Oeconomicus talia, quibus utitur, praesupponit ut habita. Illa enim sunt instrumenta, quibus utitur in dispositione domus. Et hoc probat per simile in artibus, et ergo subdit: in arte, in qua hoc est magis manifestum, hoc est in arte textili. Unde sicut 5 textor non habet facere lanam, sed praesupponere et cognoscere, qualis est utilis et idonea ad sui operationem, sic similiter ipsius oeconomi est praesupponere pecunias ad gubernationem domus et quid utile vel idoneum sit pravum ineptum in dispositione familiae. Sic etiam in cibis et vestibus et aliis necessariis. 10 Ex his ergo habetur, quod pecuniativa non est pars oeconomicae, sed subministrativa eorum, quibus indiget oeconomicus ad usus, etc.

Hic incidentaliter inducit aliam quaestionem, ut magis pateat solutio praecedentis quaestionis. Et est dubitatio, 15 <utrum> talis ars medicinalis sit etiam subministrativa oeconomicae, sicut pecuniativa. Respondet, quod non, quia licet

oeconomicus habet considerare de sanitate eorum, quae sunt in domo, hoc tamen habet facere secundum consilium medici. Sed
 20 ipsemet oeconomicus habet scire, quomodo pecuniae acquirantur, licet non habeat scire, quomodo sanitas acquiratur, quia hoc est ipsius medici. Cognoscere enim causas morborum et curarum causas, utrum scilicet purgativis vel alterativis sit utendum in morbis, hoc est ipsius medici – et sic medicina subservit
 25 aliquo modo oeconomico et principi, scilicet ut provideant de talibus – et sic utantur medico, ut familia conservetur in sanitate. Ex hac autem solutione confirmat solutionem principalis quaestionis subiungens, ibi: SIC ETIAM DE PECUNIS, etc.

Pecunia enim inventa est ad hoc, quod inter vendentem
 30 et emendentem talium fiat commutatio. Et non est inventa ad hoc, quod pecunia in maiorem pecuniam convertatur. Hoc non est secundum naturam pecuniae, sed est de pravitate avaritiae humanae, quae saepe impedit bonam communicationem et civium, et domesticorum. Et propter hoc subdit distinguens
 35 eam, quae pecuniativa dicitur ibi: DUPLICI AUTEM, etc.

Subiungit proprietates utriusque pecuniativae, scilicet camp-
 soriae et oeconomicae. Dicens hac quidem necessaria et laudanda, qua scilicet pecunia convertitur in necessaria secundum naturam ad vivere et ad bene vivere. Hac autem translativa specie, qua pecu-
 40 nia convertitur in pecuniam ampliorem et lucrum. Et est dicta translativa, eo quod illud, quod inventum est ad commutationem rerum, avaritia transtulit in commutationem pecuniae. Et talis iuste est vituperativa, id est recta ratione vituperatur. Subiungit causam in littera: non enim secundum naturam, quia talis commu-
 45 tatio pecuniae non est secundum naturam, quia non convertitur in res naturae necessarias, sicut paulo ante dictum est de Mida rege, cui omnibus sibi exhibitis in aurum mutatis fame periit.

Nota. Pecuniativa, qua fit commutatio pecuniae in pecuniam ampliorem, vocatur obolostatica, id est obulos statuens ex
 50 nummo, quia ex numismate fit talis acquisitio. Nam secundum

Augustinum *De bono coniugali*, pecunia a pecudibus dicitur, eo quod primo a commutatione pecudum inventa est. Sed quia, ut ante dictum est, difficile fuit res ad res commutare, inventum est numisma, quod est generalis mensura valoris omnium, per quod fieret commutatio. Postea autem avaritia transtulit, ut pecunia in pecuniam mutaretur, ad quod non fuit inventa. Et ergo, gratia talis translationis facta est usura, quae non est aliud quam spes lucri praeter sortem talem fecit commutationem. | 55

Nota. Pecuniativa, quae dicitur campsoria, est maxime praeter naturam duplici <modo> dictam. Primo, quia non est naturale, quod denarius generat denarium; secundo ideo, quia campsor ordinat pecuniam ad alium finem, quam est ordinata. Numisma enim est inventum vel etiam pecunia gratia commutationis rerum, ut ante dictum est. Modo pecuniativa, videlicet campsoria, ordinat pecuniam ad pecuniae acquisitionem, et ita talis pecuniativa est maxime praeter naturam, etc. || 60 65

133v || Capitulum tertium de usu pecuniativae. Postquam determinavit de origine et proprietatibus ipsius et theorice dedit doctrinam de possessiva et pecuniativa. Et ratio huius est, quia in practicis scientiis parum valet ratio et doctrina theorica, usus autem et exercitium multum, sicut dicit Aristoteles in II *Ethi- 5* *corum*, quod quidam ad rationem confugientes, quaerunt philosophari et esse boni, faciunt autem operandorum nihil, simile aliud facientes aegrotis, qui medicos quidem audiunt studiose, sed nihil faciunt de his, quae praecipiantur medici. Et quemadmodum illi numquam bene habebunt corpus ita curati, sic nec 10 isti mentem ita philosophantes. Propter hoc ergo Philosophus doctrinam, quam tradidit theorice de oeconomica possessiva et

51-52 *Rectius* PLINIUS, *Hist. nat.*, XXXIII, 5. 7 ARISTOTELES, *Eth. Nic.*, II, 3, 1105b 10-18 (AL 26, 1-3, 4, p. 401, 9-13).

pecuniativa, hic docet ponere in usum. Et quinque dicit in hoc
 capitulo principaliter. Primum est, quod considerandum est,
 15 quae res plus valeant, in quo | tempore et in quo loco. Secundum,
 quod considerandum est in cultura terrae et aliarum rerum,
 ubi et quando plus valeat, ibi: DEINDE DE TERRA CULTU-
 RA. Tertium, quod considerandum est in ministeriis, quando
 magis utilia sunt, ibi: TERTIUM AUTEM MAGIS MINISTRATI-
 20 VA. Quartum est, quod dicit philosophos scripsisse de talibus,
 quod legendi sunt libri eorum diligenter, quia inveniuntur ibi
 bona documenta, ibi: QUONIAM AUTEM QUIBUSDAM. Quin-
 tum est, quod exempla inter mercatores saepius recitata maxime
 de monopolio notanda sunt, quia ex illis perpenditur, quibus
 25 homo citius ditari potest, ibi: ADHUC AUTEM ET DICTA. Circa
 primum duo facit, quia primo ostendit, qua necessitate inducit
 hoc capitulum. Secundo docet exercitium, ibi: SUNT AUTEM
 PECUNIATIVAE. Dicit ergo: QUONIAM AUTEM.

Hic incipit tradere ea, quae pertinent ad usum. Circa quod
 30 nota, quod partes utiles vocat industrias practicas acquirendi. Et
 dat primum documentum acquirendi pecunias et possessiones.
 Et est tale, quod volens acquirere pecunias, debet esse expertus,
 qualia sunt praetiosissima et in quo loco, et quando, ut emat ea
 in locis et quando abundant et vendat ea, ubi deficiunt – et ita
 35 acquirit pecunias et possessiones.

Nota. Eum, qui vult acquirere pecunias, oportet expertum
 esse, ut emat ea in locis, in quibus abundant, et vendat in locis,
 in quibus deficiunt. Ex istis enim fit auxilium pecuniativae.

Hic dat secundum documentum acquirendi pecunias.

40 Subdit in aliis documenta lucri sicut in transportatione
 mercium.

Nauciria est, qua merces vehuntur navi per aquas ad magna
 lucra, fortigia sive onerifera Latine. *Phorosio* enim Graece est
 ‘onus’ vel ‘pondus’ Latine et est, quando merces equis vel asinis
 45 vehuntur de loco ad locum, vel etiam humeris hominum et hoc

propter lucrum. Parastica dicitur a *para*, quod est iuxta et ‘sto’, ‘stas’, et est illorum, qui pecuniam mutuunt mercatoribus, ut ex laboribus mercatorum lucrum partiantur cum eis. Tunc ponit differentiam inter eas, ibi: DIFFERUNT AUTEM.

Sed forte dicit aliquis, quod commutationes, de quibus in hoc libro determinatur, ut in principio dixit: Ordinabiles sunt iustitia et lege. Usura autem vitium est, ut paulo tantum dixit iuste odibile et exprobrabile et praeter naturam – et ita non debere hic poni inter industrias pecuniativae. Respondetur, quod Philosophus enumerat partes, ex quibus civiliter potest fieri lucrum. Leges autem civiles, et si non statuunt, tamen permittunt usuras et ordinant eas et in usuris secundum leges transfertur dominium. Cuius ratio est, quia leges pacta confirmant. Pactum autem est in usura de eo, quod confertur ultra sortem, et tale pactum magis est voluntarium quam involuntarium. Quia si proiectio merces in mari ab Aristotele II *Ethicorum* et similiter a Damasceno iudicatur magis voluntarius quam involuntarius actus, tunc multo magis lucrum, quod ultra sortem mutuans pangit se daturum usurario voluntarie, pangit et iudex compellit ad reddendum. Sed verum est, quod usura est contra perfectionem religionis christianae, sed contra civilia non est. Civiliter autem hic loquitur Aristoteles.

Sequitur: TERTIUM AUTEM positis his duobus, scilicet mercatura et usuraria, ponit tertium, quod valet ad pecuniae augmentationem, quae vocatur ministrativa, ut scilicet homo det se talibus obsequiis et ministeriis, ex quibus lucrari potest. Et illa habet multas partes. In genere tamen in duo dividitur, ut tangitur in littera. Quaedam vocatur banausarum artium, unde secundum Commentatorem et Eustratium super IV *Ethicorum*

61-63 ARISTOTELES, *Eth. Nic.*, III, 1, 1110a 5-20 (AL 26, 1-3, 4, p. 410, 12-27); cf. IOANNES DAMASCENUS, *De fide orth.*, II, 26-27 (BUYTAERT, p. 150-154). 74-78 Cf. THOMAS DE AQUINO, *In Eth.*, IV, lect. 6, n. 5,6; EUSTRATIUS, *In Eth.*, IV, 6 (MERCKEN, p. 326, 25-29).

75 banausi dicuntur, qui turpiter sua consumunt, histriones et
 nepotes, hoc est luxuriosos et comoedos nuptialiter cibantes, id
 est nuptialibus epulis, et sic ars banausa dicitur ars coquinaria,
 in qua multi multa lucrantur. Tunc tangit aliam speciem mini-
 80 strativae, quae vocatur inartificialium, id est eorum, quae non
 requirunt magnam artem vel sapientiam, sed solum corpus, sicut
 fodere in horto vel in agro hoc non requirit magnam sapientiam,
 sed solum corpus, etc.

| Quinta autem species, postquam posuit quattuor species,
 quibus sit acquisitio pecuniae – quae sunt mercatoria, terrae
 85 cultura, *tokismos*, sive usuraria, et ministrativa – subdit et addicit
 quintam, dicens quinta species, etc. Nota, quod pecuniativa est
 media inter translativam et possessivam, ex eo enim, quod utitur
 terrae nascentibus, convenit cum possessiva. Et quia non imme-
 diate facit fructum humanae vitae, convenit cum secunda.||

134r || Ponit differentiam inter industrias acquisitivas et specia-
 liter ostendit, quae sint operationes artificiales. Et sunt illae, ubi,
 id est in quibus, est minimum fortunae et huius causa est, sicut
 dicit in VI *Ethicorum*, quod ars est principium factivum cum
 5 ratione. De fortunis autem dicit in capitulo de fortuna, quod est
 pars ethicae et pertinet ad I *Ethicorum*, quod fortuna est natura
 praeter rationem faciens impetum. Unde quaecumque magis
 habent artis, minus habent fortunae, et quaecumque minus
 habent fortunae, magis habent artis. Et subdit exemplum, quod
 10 tales artes, ubi minimum fortunae est, sunt *banausikae*, id est
 coquinariae, quae in caminis exercentur et exigunt plurimum
 artis et rationis, sicut ipsae, IV *Meteororum*, quod ea sunt *epse-
 tika*, id est elixata, oportet aliter praeparari ad digestionem, eo

4-6 Cf. ARISTOTELES, *Eth. Nic.*, VI, 4, 1140a 20-21 (AL 26, 1-3, 4, p. 481,
 19-20); I, 9, 1099b 10-20 (AL 26, 1-3, 4, p. 387, 13-22). 12-16 Cf.
 ARISTOTELES, *Mete.*, IV, 3, 381b30-a10.

quod interius debent esse sicca et exterius humida, quae apud nos vocantur elixabilia. Et aliter optetica, quae apud nos assabilia dicuntur et sunt interius humida et exterius sicca. 15

QUONIAM AUTEM. Determinatis documentis et considerationibus, quae de industriis lucrativis induxit, hic est tertia pars istius capituli, in qua ostendit, quod in libris philosophorum de talibus scribentium diligenter studendum est, quia in talibus multa utilia scripserunt. 20

Nihil habet infelix paupertas durius in se, quam quod ridiculos homines esse facit.

Arrabon est pars pretii, qua obligatur vendens ementi, ut non recedat a contractu. 25

Aliud exemplum potest adduci, quod factum est circa Melchrodorum, de quo dicit Attalus capitolii pontifex, quod cum multo tempore remansisset in studio et tandem domum redderet, propinqui sibi demonstraverant terras et hereditatem incultam et neglectam propter diuturnam sui absentiam et omnibus sibi exprobrantibus propter hoc respondit: ‘Sic haec valerent, ego non valerem’. Ex quibus omnibus elicitur, quod ipsa sapientia, seu philosophia, praeponenda est divitiis corporalibus, quia dicit Philosophus in III *Topicorum*, quod simpliciter melius sit philosophari quam ditari. Licet non indigenti, quia ipsi indigenti tempore necessitatis melius est ditari quam philosophari. Et hoc notavit Milesius, quando post defectum pecuniarum et propter defectum procuravit sibi multum olei. 30

| Ex littera illa: QUONIAM AUTEM A QUIBUSDAM eliciuntur duo documenta de modo acquirendi pecunias. Primum documentum est, quod volens ditari et acquirere pecunias, debet studere scripta sapientum de agricultura et de plantatione arborum et plantarum. Et nominat eos in littera. Secundum documentum 40

34-35 ARISTOTELES, *Top.*, III, 2, 118a10-11 (AL 5, 1-3, p. 56, 5-6).

est: volentibus ditari utile est scire facta particularia sapientum
 45 prius gesta. Et de hoc adducit exemplum de Milesio, qui fuit unus
 de septem sapientibus Graecorum, quoniam cum pauper existens,
 propter suam paupertatem derisus fuit de sua sapientia tamquam
 sibi inutili existente, qui considerans ex sua sapientia, videlicet
 50 astronomia, inconsuetam fertilitatem olivarum in anno futuro,
 emit totum oleum duarum civitatum pro modica pecunia quam
 pro tunc habebat, quia omnes crediderunt modicum vel nihil olei
 provenire ex eo, quod praecedenti anno magna fuit <fertilitas>.
 Tempore vero adveniente solus vendidit oleum et sic ditatus fuit
 et sic dicit, quod facile est ditari philosophis, si volunt.||

134v || Exemplum est tale, quod quidam in Sicilia pro pecunia
 apud se reservata emit omne ferrum, quod habere potuit, et sic
 solus ferrum vendit et multum ditatus fuit. Tandem Dionysius
 tyrannus rex Syracusanorum eum de Syracusana civitate expulit
 5 et pecuniam eiusdem sibi asportare iussit. Et propter hoc mono-
 polium venalium, id est venditio venalium per unum, tantum
 valet ad subito ditari et est prohibita a legibus, quia est multum
 nociva politiiis.

Hic reddit ad propositum et ostendit, quomodo hoc docu-
 10 mentum utile est.

Tractatus tertius, qui sic continuatur. Postquam Philo-
 sophus determinavit de communicatione despotica, quae est
 dictum ad servum, hic consequenter determinat de aliis duabus
 communicationibus, scilicet de nuptiali et paterna. Et continet
 15 tria capitula. I>m<n primo determinat proprias passiones et
 dubia pertinentia ad despoticam et paternam. Et intendit talem
 conclusionem: principatus nuptialis et paternus differunt inter
 se et a principatu despotico, sive dominativo. Probat, quia
 principatus despoticus est servorum et alii domino liberorum.

52 <fertilitas>] *corr.* sterilitas *ms.*

Et addit, quod principatus nuptialis et paternus etiam differunt, 20
quia vir principatur uxori politice, id est secundum certas leges,
sed pater principatur filiis regaliter, quia habet plenum posse
super eos, quemadmodum rex super suos subditos. Rex enim
habet plenitudinem potestatis super omnes, qui sunt in regno,
ad utilitatem eorum, non ad utilitatem propriam statuendi et 25
ordinandi, quidquid voluerit in regno.

Principatus politicus est, quando in una civitate unus acci-
pit principatum super reliquos cives aequae liberos. Sicut ipse est
et non dominatur eis nisi secundum statuta civitatis et transit de
uno in alterum. Unus enim habet potestatem uno anno et alter 30
alio. Sic maritus principatur mulieri politice, quia non habet
potestatem in eam nisi secundum statuta nuptialia, ut dicunt
canon et lex, propter quod dicit canon, quod consensus, qui facit
matrimonium, debet esse secundum leges contrahentium.

| Quare masculus est principalior femella. Ratio est, quia 35
ipsius mulieris secundum naturam est habere inconstantes
conceptus propter humiditatem. Viri autem propter contrariam
complexionem est habere constantes conceptus. Item, servus
secundum aetatem praeter naturam est principalior minore
et imperfecto secundum aetatem, quia conceptus iuvenum 40
sunt inconstantes et leves et circa idem non morantes propter
complexionis fluiditatem. Et ideo dicit Philosophus in VII *Physi-*
corum, quod non aequaliter iudicat iuvenes senioribus presbyte-
ris. In talibus tamen omnibus supponendum est, quod dicit 45
Aristoteles in I *Ethicorum*, quod non differunt aetate et moribus
puerilibus, non enim ab aetate defecto est, sed a passione.||

135r || Ex littera elicitur differentia inter principatum politicum
et regalem. Primo differunt, quia in principatu regali principans

42-43 ARISTOTELES, *Phys.*, VII, 3, 247b 31 – 248a 26 (AL 7, 1, 2, p. 267, 23-24).
45-47 ARISTOTELES, *Eth. Nic.*, I, 1, 1095a 6-7 (AL 26, 1-3, 4, p. 377, 7-8).

et subiectum differunt natura. Sed in principatu politico non
 5 differunt secundum naturam, quia principatus politicus est inter
 aequales secundum naturam, sed solum differunt in vestibus,
 nominibus et honoribus, quia principans aliter vestitur, nomi-
 natur et honoratur quam subditus. Secundo differunt, quia
 in principatu regali non fit permutatio personarum, quia ibi
 10 semper unus principatur. Sed in principatu politico fit permu-
 tatio personarum, quia unus uno anno principatur, et alio anno
 subicitur, et e converso.

| Ostendit, quod est proprium regis, regis enim est, ut dicit
 Aristoteles V *Ethicorum* et Boethius, subditis ex amore praees-
 15 se ad utilitatem subditorum. Et si saeviat in subditos ad utilita-
 tem propriam et nocumentum subditorum, corrumpitur rex in
 tyrannum, et urbanitas, quae regnum dicitur, in tyrannidem. Et
 hoc probat per Homerum dicens: propter hoc Homerus poeta
 bene, id est rationabiliter, Iovem, qui primus rex fuit institutus,
 20 inter deos esse. Sicut dicit Ovidius de eo: Iupiter esse pium statuit,
 quodcumque iuaret, id est voluit esse pium, id est cultum dei,
 quidquid iuaret populum. Et quia sicut Tullius in fine suae *Retho-
 ricae*: pietas est benevolentia in parentes et parentela coniunctos.
 Et ideo dicit esse similes principatus regalem et paternum, quia
 25 dixit Iovem esse patrem et regem omnium virorum et deorum.

Capitulum secundum, in quo movet quasdam quaestiones
 circa ea, quae pertinent ad oeconomicam, videlicet de virtute
 liberorum et servorum, quia de istis immediate fecit mentio-
 nem. Et primo movet quaestionem in universali et solvit eam,
 30 ibi: **MAXIMUM QUIDEM**, igitur. Primo igitur movet quaestio-
 nem et deducit eam. Est ergo quaestio talis: Utrum servus prae-
 ter virtutem, qua scit exsequi mandatum domini, debet habere

13-15 ARISTOTELES, *Eth. Nic.*, V, 10, 1134b 1-10 (AL 26, 1-3, 4, p. 466, 6-13). 20-21 Cf. OVIDIUS, *Metamorph.*, XV, 858-866. 22-23 CICERO, *Pro Cn. Plancio*, 29, 1, 3; 80, 3.

alias virtutes morales, ut puta fortitudinem, temperantiam, et ita de aliis. Et addit, quod haec quaestio potest formari generaliter de omni principatu sic, scilicet utrum uxor et pueri debeant habere virtutes morales et utrum eadem virtus secundum speciem sit principantis et subiecti vel non. Et arguitur, quod non, quia aliter non esset ratio, quare principans per totam vitam principatur, et subiectus subiciatur. Et si dicitur, quod ratio est, quia principans habet maiorem virtutem, respondet, ex quo principans et subiectum differunt specificiter, oportet eorum virtutes differre specificiter, cum differentiae secundum magis et minus non diversificant speciem. Et sic habetur hic auctoritas famosa, quod magis et minus non diversificant speciem. Item nota. Quaestio intelligenda est de servis secundum naturam, et non de servis secundum legem, ut sunt capti in bello. Isti enim nec liberum consensum habent, nec liberam electionem, sed in omnibus talibus respiciunt ad voluntatem et praeceptum principantis. Item nota, quod sicut prius ostensum est, quod virtus servi secundum naturam, in quantum servus est et corpore fortis esse et robustus et est ordinatus ad perficienda praecepta domini et ministeria. Et ideo est ut organum animatum domini. Et virtus eius propria, in quantum servus est perficiens eum et complens, ut optime perficiat praeceptum domini et ministerium, ut enim dicit Philosophus, in III *Ethicorum*: in omnibus virtus est optimorum operativa. Sunt enim servi etiam homines. Et ideo quaeritur, si est alia virtus quam ista, scilicet ministrativa, est honorabilior, quae competit servo. Et subdit exemplum, ut puta temperantia, etc. Tunc deducit quaestionem ostendendo, quod nulla est alia virtus servo praeter quam ad corpora servilia. Tali ratione liberi est habere tales virtutes

58 est honorabilior] *iter. ms.*

55-56 ARISTOTELES, *Eth. Nic.*, II, 5, 1106a 15-24 (AL 26, 1-3, 4, p. 402, 12-20).

liberas. Si ergo servus habet tales virtutes liberas et liberorum, non differt a libero, quod falsum est. Ergo illud est falsum, ex quo sequitur, scilicet quod aliqua sit virtus nobilior ipsi servo
 65 quam organica et ministrativa. Tunc statim obicit in contrarium: ET SI NON EST EXISTENTIBUS, etc.

| Et si non, obicit in oppositum ostendens, quod servis praeter ministrativam insit aliqua virtus honorabilior, quia cum ipsi servi sint homines ratione communicantes et sic videntur esse
 70 liberi. Tunc enim ordine ipsius naturae debent habere virtutes perficientes eos ad humana et rationabilia omnia. Dicit enim Plato in secunda parte *Timaei*, quod creator nulli negavit aliquid eorum, quae sunt ad beatitudinem, quoniam [?] virtus moralis est pars honesti. Unde *Sapientiae VIII* de sapientia sobrietatem
 75 et prudentiam docet et iustitiam et virtutem, quibus nihil melius est in vita hominibus. Et sobrietatem vocat temperantiam, et virtutem fortitudinem.

Kalokagathia est nomen compositum in Graeco et componitur a *kalos*, quod est bonum, et *kagathon*, quod etiam est
 80 compositum a *cho* praepositivo articulo et *agathon*, quod est bonum. Sed Graecis mos est quotienscumque vocalis est post vocalem immediate, alteram symphoniam patitur et maxime praecedens, ut facilius sit pronuntiatio. Et ideo dicunt *kagathon* pro *kaagathon*, unde *kalokagathia* est per se bonitas ad vitam
 85 pertinens secundum virtutem honesti. *Kalon agathon* est bonum. Bonum hoc est per se, bonum hoc est secundum virtutem honesti et hoc est per se bonum solum. Utile autem et delectabile ad aliud bonum. Si autem hoc concedatur in oppositum.||

135v || Nota. Ratio Philosophi est fundata super illo, quod dicit Philosophus III *Ethicorum*, quod uniuscuiusque exemplum in

72-74 PLATO, *Tim.*, 26D-E; 55D (WASZINK, p. 22, p. 43). 74-77 Cf. *Sap.* 8, 7, 2-3 ARISTOTELES, *Eth. Nic.*, I, 4, 1097a 1-2 (AL 26, 1-3, 4, p. 381, 16-17).

bono est virtus eius. Principantis autem potentia alia quam ipsius subiecti in quolibet ordine et differunt specie, ergo exempla eorum in bono differunt specie. Et ita alia specie est virtus principantis quam subiecti. 5

| Dominus enim semper principatur servo. Et similiter maritus uxori et pater puero, et non modo principatur et postea subicitur, sicut est in politicis, ubi, qui uno anno principatur, postea subicitur. Et quia aliquis posset dicere: principans et subiectus habent virtutes secundum magis et minus. Hoc autem excludens subdit ibi: NEQUE ENIM PER MAIUS ET MINUS. 10

Hic arguit in contrarium.

Et specie in littera per consequens principans et subiectus indigent honorabiliori virtute ad hoc, quod bene subiciantur et principentur. 15

Hic ponit solutionem quaestionis dicens: MANIFESTUM IGITUR. Et intendit, quod necessarium est tam principanti quam subiecto habere virtutes morales, quia sine istis non contingit bene principari nec subici. Sed tamen hoc est differenter et huius differentiam innuit ibi: HUIUS AUTEM ESSE DIFFERENTIAE. 20

Rationem enim habens est ratio intellectus, eo quod omnis virtus rationis et intellectus medium habet rectam rationem, ut dicit Philosophus in VI *Ethicorum*. Irascibilis autem et concupiscibilis virtutes, quae circa passiones et operationes sunt medium hunc inter superabundantiam et defectum. Tunc adaptat solutionem ad propositum dicens: MANIFESTUM IGITUR. 25

Hic adaptat solutionem ad propositum dicens, quod tam principans quam subiectum debent habere virtutem moralem, sed tamen differenter, quia principans debet habere perfectam virtutem moralem, quia debet omnibus aliis praecipere et debet se habere sicut *architecton*, id est principalis artifex, qui habet 30

22-24 ARISTOTELES, *Eth. Nic.*, VI, 1, 1138 b19-20 (AL 26, 1-3, 4, p. 377, 7-8).

praecipere omnibus sibi subiectis. Subiecto vero sufficit tanta virtus, quanta requiritur ad executionem mandati superioris.

35 Debeat in simili in artibus mechanicis, in quibus architectonicus, id est principalis artifex, praecepta et rationem operum det omnibus usualibus suis sibi subiectis, ut militaris, sicut dicit in *Ethicis*: praecepta dat sellatrici, frenefactrici et equestri, qualiter scilicet operari debeant. Quia dicitur in VI *Ethicorum*,
40 quod sapiens in unaquaque arte est, qui ex fine artis rationem det omnium operandorum, quae exiguntur ad artem. Et subdit in littera, qualiter est aliorum.

In omnibus enim virtutibus moralibus principari et ordinare est ipsius principantis, oboedire autem et servire ipsius
45 subiecti. Et sic in omnibus debet esse virtus moralis tam in principante quam in subiecto, sed non oportet, quod sit eadem secundum esse.

PALAM AUTEM. Hic solutionem, quam dedit in universali, ostendit hic in particularibus. Et circa hoc duo facit. Primo
50 enim ostendit solutionem, quam dedit, tenere in particularibus. Secundo movet dubitationem, ut confirmet solutionem, ibi: DUBITABIT UTIQUE ALIQUIS.

| Conclusio: non est eadem virtus secundum speciem principantis et subiecti. Probat, quia sicut est in partibus animae,
55 quarum una principatur alteri secundum suam virtutem, ita est in hominibus, quorum unus alteri principatur. Sed virtus partis rationalis, ut est virtus intellectualis, est alterius speciei quam virtus appetitus sensitivi, quae est moralis, igitur ita est in hominibus. Et hic supponitur, quod intellectus dominetur appetitui sensitivo. Circa quod nota, quod principans et subiectum
60 considerantur dupliciter: uno modo, ut sunt homines – et sic habent easdem virtutes secundum speciem, alio modo, prout

39-41 ARISTOTELES, *Eth. Nic.*, VI, 7, 1141a 9-19 (AL 26, 1-3, 4, p. 483, 20 – 484, 4).

subiciuntur et principantur et ut se virtutes eorum non sunt eiusdem speciei vel ad minus differunt accidentaliter, scilicet secundum magis perfectum et minus perfectum.|| 65

136r || Capitulum tertium, in quo incidentaliter movet quandam conclusionem exortam a dicta solutione, quia si ita est, quod tali virtute cardinali indiget mulier, puer et servus, ut non impediatur ab opere praecepto sibi, tunc etiam videtur, quod quilibet artifex hac virtute indigeat, ut non impediatur ab opere praecepto ab arte. Ars enim, sicut dicit Tullius in fine suae *Rethoricae*, est collectio praeceptorum ad eundem finem tendentium. Modo iuxta hoc movet dubitationem et est talis: ‘Utrum artifices oporteat habere virtutes morales sicut servos?’. Et videtur, quod non, quia virtutes morales consistunt circa conversationes humanas, sed actus artificum ut tales non consistunt circa conversationes humanas, sed transeunt in materiam exteriorem, ut actus fabri in ferrum. Tunc ponit differentiam inter servum et artificem. Prima differentia est, quia servus in quantum talis indiget virtute morali, sed artifex non, licet artifex ut homo debens aliis conversari multum indiget virtute morali. Secunda differentia, quia aliquis a natura est servus, sed non artifex. Tertia differentia est, quia servus ut sic non est liber, sed est particeps vitae oeconomicae domini sui, artifex autem liber est. 5 10 15

Determinato de communicatione domini et servi, patris et filii, determinat de communicatione viri et mulieris, quae fuit tertia pars oeconomicae, quam in ante habitis vocavit nuptialem. Et primo proponit intentionem suam. Et resumit ea, quae determinata sunt. Et qualiter determinaverit de ipsis, ibi: **QUID BENE ET QUID NON BENE.** 20 25

Totius oportet videre virtutem. Ratio est, quia virtus partis perficitur in virtutem totius.

6-8 Cf. ALBERTUS MAGNUS, *In Eth.*, I, lect. 2, (KÜBEL, p. 9, 32-37).

Tacet de servis ideo, quia communicatio politica inter
aeque liberos est. Pueri autem et uxor aeque liberi sunt, servus
30 autem non, et maxime servus secundum naturam. Et ideo ad
communicationem politicam servus non pertinet.

136v || Servum autem esse studiosum non multum confert nec
differentiam boni studiosi civitati, de qua est hic curandum.

Sicut dicit Philosophus VIII *Ethicorum*: pater aliquid
sui habet in filio, quod activa potentia totum est. Mater etiam
5 aliquid habet sui in filio, quod passiva potentia totum in filio
est. Et ideo bonae et malae dispositiones parentum saepe sunt
in filiis, propter quod oportet matres studiosas esse. Et idem
dicit de filiis, quia fiunt dispensatores politiae. Nam ex bonis
pueris fiunt boni dispensatores, et ex malis mali. Unde Phylo
10 de quibusdam pueris in libro *Sapientiae* dicit, quod naturalis
malitia eorum immutari non poterat. Et sic patet intentio primi
libri, in quo determinatum de communicatione oeconomica et
de partibus ipsius, scilicet de communicatione despotica, quae
est inter dominum et servum, de communicatione nuptiali, quae
15 est inter virum et mulierum, de communicatione paterna, quae
est inter patrem et pueros, etc.

Communiter dat intentionem II libri, in quo determinatur
de communicatione politica, et hoc secundum opiniones anti-
quorum: SECUNDUS LIBER, etc.

3-4 Cf. ARISTOTELES, *Eth. Nic.*, VIII, 14, 1161b 18-28 (AL 26, 1-3, 4, p. 537,
5-14). 10-11 Cf. Sap. 12, 10.

LIBER II

Iste est liber II *Politicorum*, qui sic continuatur. Postquam Philosophus determinavit de communicatione oeconomica et de partibus ipsius, quae sunt domus et vicus, hic incipit determinare de communicatione politica, quae est optima communicatio. 5
Et primo determinat de ea secundum opinionem antiquorum, et hoc quantum ad II librum. Secundo determinat de ea secundum opinionem propriam, et hoc incipiendo a III libro et consequenter in libris sequentibus.

Iste liber habet duos tractatus. In primo recitat et reprobat 10
opinionem trium antiquorum, scilicet Socratis, Phaleae et Hippodami. Et continet quinque capitula. In primo reprobat opinionem Socratis quantum ad communicationem uxorum et filiorum et praemittit se ostensurum opinionem erroneas aliorum non propter sophizare, id est propter sapientiam suam ostendere, 15
sed ut veritas appareat. In primo igitur dat intentionem suam cum modo procedendi. Dicit enim Aristoteles, quod sapientis est praestituere finem, ut sciatur, ad quid tendit in opere suo, et quo habito finem prosecutus est.

Dicit ergo, quia volumus et intendimus considerare de 20
communicatione politica, quae sit optima omnium. Et hoc ideo, quia multae fuerunt sententiae diversorum. Quidam enim laudaverunt ut beatitudinem voluptatem et illi dicebant, quod optima politia esset ad voluptatem vivere, et tales sibi in voluptate 25
communicare. Quidam vero laudabant divitias ut per se sufficientes, sicut Cresus rex. Sicut enim Sardanapalus laudabat voluptatem, ita Cresus rex divitias, eo quod divitem reputabat ad omne, quod vult, facientem et ad hoc ordinabant politicas

30 communicationes. Quidam laudabant virtutem, ut stoici, et ad hoc suas civiles communicationes ordinabant. Complectens igitur omnes in communi dicit, quod vult considerare, quae sit optima politica omnium his, quae possunt vivere.

PRINCIPIUM AUTEM. Finita parte prooemiali, in qua prae-
 35 misit intentionem suam cum modo procedendi, hic exsequitur intentionem suam accedendo ad propositum. Et intendit, quod quia de communicatione civili, sive politica, intendimus, oportet dividere communicationem et secundum partes divisionis procedere. Et iste processus dividitur in tres partes, in quarum
 40 prima ponit trimembrem divisionem et destruit unam partem statim. In secunda super aliam partem divisionis procedit, ibi: SED UTRUMQUE, ubi ponit opinionem Socratis et eandem destruit. Primo igitur ponendo opinionem Socratis sic procedit, quia primo proponit quaestionem.

| Circa quod nota, quod politica Platonis est altera pars
 45 libri, qui vocatur *Timaeus*, et tractatur in ea de iustitia positiva et ordinatione civitatum, sicut in prima parte tractabatur de iustitia naturali, quae apud Latinos rara est, quamvis habeatur a quibusdam. Et transtulit eam Apuleius philosophus, sicut primam partem de iustitia naturali transtulit et commentatus est Calcidius. Propter quod etiam in prima parte *Timaei*
 50 Choricheras philosophus Aegyptius inducitur ibi reprehendens Solonem Graecum, quod non secundum antiquos leges et urbanitates Athenas et rem militarem in Athenis ordinarit et dixit: ‘pueri estis et non est in vobis ulla sapientia’. Et protulit quandam ordinationem, quam dixit esse factam in
 55 Aegypto ante IX millia annorum. Et procedit ad propositum et repetens quaestionem dictam: QUEMADMODUM IN *Politica* PLATONIS.

58 Cf. PLATO, *Tim.*, 21E-22C (WASZINK, p. 13. 6 – 14, 10).

137r || Nota. Opinio Socratis, quam etiam Plato discipulus
 suus tenuisse dicitur, quod in politia, seu civitate, optime
 recta expedit uxores esse communes, filios et possessiones. Et
 motivum suum fuit istud, quia expedit civitati optime rectae,
 quod sit maxime una. Sed hoc fit per communitatem prae- 5
 dictorum. Modo Philosophus destruit istam opinionem cum
 eius motivo. Primo igitur destruit eius motivum, quia per
 communitatem praedictorum non accidit illud, quod dixit
 Socrates, scilicet civitatem esse maxime unam. Immo accidit
 omnium, scilicet quod per communitatem praedictorum civi- 10
 tas non sit maxime una, sed magnae discordiae et dissensio-
 nes et rixae. Etiam opinio in se est falsa, scilicet quod expedit
 civitati esse maxime unam. Immo hoc non expedit, quia est
 contra propriam rationem civitatis, quia de ratione civitatis
 est, quod sit multitudo quaedam, et sic expedit, quod ibi sit 15
 diversitas. Etiam civitatem esse maxime unam est destructi-
 vum civitatis, et sic non expedit ei esse maxime unam, et sic
 de aliis. Quod autem | maxima unitas destruit civitatem, patet
 sic, quia domus est magis una quam civitas et homo est magis
 unus quam domus. Sed ad unum homo esse sequitur destructio 20
 civitatis, ex quo ibi non est communitas nec multitudo civium,
 nec ibi est principari et subici, nec per se sufficientia, quia unus
 solus non sufficit sibi ipsi.

Hic incipit procedere contra opinionem Socratis osten-
 dens, quam valde nociva ad communicationem bonam, et duo 25
 facit. Primo enim ostendit legem reprehensibilem esse ex tribus.
 Secundo destruit eam per rationem: SED EX SPECIE. Prima
 enim causa reprehensionis est, quod bonum illud, quod dicit
 Socrates accidere ex tali communicatione, non accidit. Secunda
 reprehensio est, quod per talem legem non pervenitur ad bonum 30
 finem communicationis et tangit eam, ibi: ADHOC AUTEM AD
 FINEM, ETC. Tertia reprehensio est, quia nulla communicatio
 adeo communis est, quin oporteat esse usum distinctum inter

communicantes et de tali distinctione nihil dixit Socrates et
 35 tangit eam ibi: QUONIAM AUTEM DIVIDERE.

Hic disputat tribus rationibus in contrarium. Prima ratio
 sumitur ex sufficientia civitatis. Secunda ex iusto, quod conser-
 vat civitatem, ibi: SED ET SPECIE. Tertia ex principatu civitatis,
 ibi: SIMILITER AUTEM NON POSSIBILE.

40 Ex littera elicitur, quod domus est magis una civitate, id
 est, est magis simplex quam civitas, sicut componens est magis
 simplex composito. Similiter unum hominem dicimus magis
 unum domo, quia domus componitur ex hominibus commu-
 nicantibus communicatione cotidiana. Patet ergo, quod civitas
 45 reducta ad simpliciter unum non erit civitas. Quarta sequitur,
 quod si aliquis posset civitatem sic ad unum reducere, non
 deberet, quia sic eam destrueret. Et hoc tangit ibi: QUARE ETC.
 Specie congregentur, sed multitudo ex quo congregata virtute
 posset moveri pondus. Propter quod dicit ipse in praehabitis,
 50 quod tale praedicatum redditur toti coniunctim et non parti-
 bus divisim, sicut sonum facit modius milii et non quodlibet
 granum. Et tractum navis facit multitudo coadunata in virtute
 trahendi et non quilibet trahens movet eam. Tunc subdit diffe-
 rentiam civitatis a tali multitudine, ibi: DIFFERT AUTEM, ETC.

55 Ostendit differentiam multitudinis civitatis ad illam multi-
 tudinem, etc.

Hic ponit secundam rationem contra Socratem. Et ostendit,
 quod per propositionem Socratis destruitur principatus, qui
 in omni communicatione politica necessarius est. Et ratio sua est
 60 talis, quia sicut dicitur *V Ethicorum* et dicit Bias, unus de septem
 sapientibus, quod principatus virum ostendit. Si autem omnes
 efficiuntur unum, sicut dicit Socrates, quod scilicet uxores sint
 communes et pueri, omnes aequaliter secundum idoneitatem
 habebunt se ad principatum. Sed omnes aequaliter non possunt

60-64 ARISTOTELES, *Eth. Nic.*, V, 3, 1130a 1-2 (AL 26, 1-3, 4, p. 455, 9-10).

principari nisi uno modo, scilicet ut vicissim principentur unus post unum. Et hoc dicit ibi: SIMUL AUTEM|| 65

137v || Ostendit, quod talis vicissitudo principatus non est optima. Isti enim propter modicum tempus non sunt experti. Et sicut dicit Aristoteles in I suae *Metaphysicae* experientia artem facit, inexperientia vero casum, sicut dicit Polus recte dicens. Unde dicit in littera, quod melius est semper eosdem principari in politia optima, si possibile est fieri. Optimus enim principatus est, quod aliqui sapientes et excellentes viri semper principentur in civitatibus, si potest esse sine seditione, sicut Priamus in Troia et Ethulia. 5

Nota, quod haec omnia PHILOSOPHUS inducit, ut videatur, quod communicatio civilis non potest esse sine principatu et quod inter penitus aequales et unum existentes non potest esse principatus et subiectio. 10

Concludit ex dictis, quod lex Socratis de uxoribus et pueris et possessionibus destruit civitatem, licet salvat bonum proprium et singulare et personale uniuscuiusque, quia hoc bonum quanto plus restringitur ad unum, tanto melius salvabitur, sed non bonum civitatis. 15

Hic incipit tertia ratio contra Socratem, ut est talis: illud, quod magis est ad sufficientiam civitatis, magis est eligendum etiam in politiis. Sed se unire civitates, sicut Socrates univit, destruit sufficientiam, ergo non est eligendum; et hoc est, quod dicit. Est autem, unde Socrates sic uniendo civitatem, quemadmodum univit, destruxit eius sufficientiam, ut determinat in littera de domo, etc. 20 25

Ponit quartam rationem contra Platonem, Socratem et primo repetit positionem, eius positionem.

3-4 ARISTOTELES, *Met.*, I, 1, 981a 4-5 (AL 25, 3, 2, p. 12, 22-23).

Socrates dicit: ‘meum’, quia qualibet uxore quolibet filio et qualibet alia re possessiva utitur ut suo. Dicit etiam: ‘non meum’,
30 quia alius eodem modo utitur.

Nota. Quando omnes dicunt: ‘hoc est meum’, hic sit aequi-
vocatio. Cum enim dicitur: ‘hoc meum’ potest intelligi collecti-
ve, tunc sensus est: hoc est meum, quod cum aliis meum est,
vel potest intelligi discrete vel sigillatim: hoc est meum, quod
35 privatim meum est. Et hoc est, quod dicit: SIQUIDEM IGITUR
UNUSQUISQUE.||

138r || Hic inducit tres rationes, qualiter talis communitas
et adunatio civitatis sit damnosa. Prima sumitur ex hoc, quia
minor cura est de communibus quam de propriis, ex tali aduna-
tione civitatis nulla vel minima cura adhibebitur communibus.
5 Secunda, quod si omnia taliter sint communia – et uxores, et
filii, et possessiones – in dubium veniet de propriis filiis, quis
genuerit eos, ibi: ADHUC SI UNUSQUISQUE. Tertia ex hoc
provenit, quod nullus sciat discernere filios, fratres et consan-
guineos in aliqua linea consanguinitatis, ibi: SED NEQUE
10 DISTRIBUERE, etc.

Adaptat hanc rationem ad propositum.

Hic ponit secundam rationem, scilicet quod ex hoc veniet
in dubium, quis quem genuerit et quis cui proprius pater existat.

Et sic in diversis gradibus unus omnibus attineret, quod
15 videtur esse inconueniens, et per consequens opinio Socratis
dicentis unitatem civitatis ex hoc provenire, quod omnia essent
communialia, est falsa et erronea. ||

138v || Obicit contra Socratem, quia secundum legem ipsius
suspecti erunt unicuique et sui proprii filii et matres, et patres,
et fratres.

Hic obicit contra Socratem a turpi, quod contra honesta-
5 tem in tali communitate necesse est accidere, et duo dicit: unum,

quod accidit ex ira et rixis, et alterum, quod accidit ex concupiscentia venereorum.

Ex hoc sequitur, quod communicatio talis civitatis, quemadmodum Socrates posuit, turpissima est; propter illa turpissima, quae sequuntur ex ea, ut tangitur in littera, quae sunt satis turpia et abominabilia. 10

Obicit ulterius.

Hic incipit obicere a turpitudine venereorum, quae accidit in tali communitate, qualem posuit Socrates. Et habet quinque partes penes quinque inconvenientia, quae adducit. Primum est, quod propter amorem communem ponit ad omnes sicut ad uxores, cum ab amore tali coitus non potest <separari>, accidit coire cum matribus, filiabus et sororibus, quod inconvenientissimum est. 15

Nulla enim aequitas legis est, quod prohibeatur coitus a coniunctis sanguine et generis propinquitate. Et cum hoc dicitur, quod nihil differat a communibus in amore. Tunc enim in eadem amore commiscetur filiae cum aliis, ex quo unus amor est ad filiam et ad aliam et aequè honestus. 20

Ponit secundum inconveniens, quod accidit ex positione Socratis. 25

VIII *Ethicorum* dicitur, quod vera amicitia est ad paucos et ad plus inter tres et hoc nocet senatoribus, licet prosit cultoribus agrorum et popularibus. Nocet etiam civilitate, sive commutati civili, quia plus expedit tales populares et subiectos in timore tenere quam in communi amore. 30

| Subiungit tertium inconveniens, quod ex tali Socratis lege contingit, scilicet contrarium ei, quod Socrates intendit, et contrarium ei, quod recte positae leges causant in communitate. ||

17 potest] superari *addit et delet ms.*

<separari>] *corr. sexari ms.*

26-27 ARISTOTELES, *Eth. Nic.*, VIII, 7, 1158a 10-12 (AL 26, 1-3, 4, p. 529, 4-6); IX, 10, 1171a 15-18 (AL 26, 1-3, 4, p. 560, 26 – 561, 2).

139r || Tullius dicit in *Rhetorica* sua, quod lex est ius scriptum suadens honestum et prohibens contrarium. Per istam autem legem, scilicet Socratis, multa accidunt inhonesta, sicut iam posuit, et ita accidit contrarium ei, quod intendit Socrates. Iste enim intendit per hoc amicitiam conciliare inter cives, et tamen ex tali lege dissipatur amicitia. |

Ostendit quintum inconueniens, quod accidit ex lege Socratis.

Et specificè hoc generat turbationem et difficultatem in politiis.

Adiungit aliam difficultatem.

139v || Capitulum secundum, quod sit, in quo reprobatur legem Socratis quantum ad communitatem possessionum. Et continuatur postquam Philosophus ostendit, quod lex Socratis nociva est politicae quantum ad communicationem uxorum et puerorum. Hic ostendit, quod sit nociva quantum ad communitatem possessionum. Et habet duas partes. In prima ostendit nocumenta, quae proveniunt ex tali communitate. In secunda disputat de legibus huius communicationis, ibi: FERE AUTEM SIMILITER. Prima <dividitur> in tres partes, in quarum prima ostendit modos communicationum, qui possunt esse. In secunda ostendit inconvenientia, quae sequuntur ex hoc, si omnes in omnibus communes habent possessiones tam in usu, quam in possessione, ibi: ALTERIS QUIDEM EXISTENTIBUS. In tertia ostendit, quae bona fiunt ex communicatione illa, quae est, quod privatim habentur possessiones et usus fructuum communis sit lege et amicitia, ibi: DE EO AUTEM MODO, ETC. Primo igitur enumerans communicationes, quae possunt esse possessionum, primo continuatur se ad dicenda dicens: HABITUM AUTEM, et sic de aliis.

1-2 Cf. CICERO, *De leg.*, I, 15; *Ad Her.*, II, 10-11.

Supple: quaestio ergo est, quid horum sit melius et utilius 20
 politiae. Et procedit ad disputationem, ibi: ALTERIS QUIDEM.
 Unde tangit tres modos, quibus possessiones possunt esse
 communes. Primo, quod possessiones sint communes quoad
 fructus, seu usus, secundus quantum ad possessiones et non
 quoad usus, tertio quoad utroque, ut dixit Socrates. 25

Facilior modus, quia possessor dato pretio faciet coli terram
 et cultor acceptor pretii non accusabit possessorem, tunc subdit:
 ipsis autem, scilicet eisdem quibus, scilicet et possessiones et
 usus communes sunt.

Difficultates exhibebant. Huius causa est, quia custodes 30
 urbanitatum, seu senatores, qui minus laborabunt, plus acci-
 pient de fructibus quam rustici, qui plus laborabunt, et hoc dicit
 ibi: ETENIM.

Ostendit, quod talis communicatio sit difficilis.

Hic infert ulterius ex alio, per quod hoc probat. || 35

140r || Nota. Tria bona tolluntur ex hoc, quod omnia essent
 communia. Primo, bonae consuetudines et rectae leges. Secun-
 dum est cura priorum. Tertium est delectatio inenarrabilis,
 quae consurgit ex amicitia hominis ad se ipsum et ad sua bona.
 Et potest superaddi quartum – largitio et auxiliatio amicorum 5
 et extraneorum, quae, si sit de propriis, delectativa est; et talis
 tollitur, si omnia sunt communia, ut voluit Socrates.

Ex dictis concludit propositum.

Ostendit aliud bonum, quod provenit ex tali communica-
 tione. Et duo facit, quia primo ostendit bonum, secundo respon- 10
 det ad obiectionem, quae posset fieri contra illud, etc.

Philosophus dicit IV *Ethicorum* in principio de liberalita-
 te: liberalis, seu largus, delectatur in hoc, quod bonum faciat
 et nihil repatiatur secundum donationes retributionum et

12-17 Cf. ARISTOTELES, *Eth. Nic.*, IV, 1, 1119b 20-29 (AL 26, 1-3, 4, p. 431, 3-8).

- 15 quotiescumque recolit de proprio bene fecisse, admirabilem
habet delectationem; et si recolit se quid recepisse, tristatur
tamquam minoratus sit secundum virtutem largitatis. Haec
autem delectatio tollitur, si omnia sunt communia et in posses-
sione, et in usu, quia tunc nullus dat de proprio. Et quia posset
20 aliquis obicere, quod amare se et propria sit vituperabile, huic
obiectioni occurrit, dicens: NEQUAQUAM ENIM.

| Hic addit tertium bonum, quod provenit ex tali
communicatione.||

140v || Haec est secunda pars principalis istius capituli, in qua
ostendit, quod communicatio, quam ponebat Socrates, inte-
rimit honestatem virtutis. Et habet quattuor particulas, in
quarum prima ostendit, quod haec lex duas interimitt virtutes.

- 5 In secunda apparentem quandam objectionem pro Socrate
destruit, ibi: BONAE FACIEI. In tertia ostendit, quae fuit causa
deceptionis Socratis, ibi: quoniam autem deceptionis. In quarta
dicit, quod ex tali communicatione destruitur civitas, ibi: EST
QUIDEM ENIM.

- 10 Communiter ponit rationem, quae posset esse pro Socrate,
quam interimitt, et primo ponit apparentiam, quae est in ipsa
ratione.

Ostendit causam deceptionis Socratis, quare sic deviavit
a veritate dicens: CAUSAM AUTEM ETC.

- 15 Suppositionem, qua scilicet sic putavit debere uniri civita-
tem, ut quilibet de quolibet diceret meum et communi utere-
tur tamquam proprio. Hoc enim esse non potest et subiungit
causam: oportet enim etc. Verte folium!||

141v || Proprius modus domus est, scilicet quod ex tribus combi-
nationibus uniatur, scilicet domino et servo, patre et filio, marito
et uxore. Proprius vero modus civitatis est ut magis uniatur
loco et specie diversis artificibus et negotiatoribus et diversis

officiatis. Sed non omnino specie uniatur unitate, quia sic procederet a ratione civitatis, ut ostensum est in primo libro. 5

Rhythmon basin. *Rhythmon* est numerus syllabarum simili terminatione terminatarum. Et *basis* dicitur, in quo duo *rhythmi* sibi consonando concurrunt. Unde si quis *rhythmum* concordat in unam *basim*, iam non erit *rhythmus*. Ita si quis nimium uniat civitatem, iam non erit civitas. Et subiungit, quod per hoc non erit civitas studiosa. Scilicet per alia quattuor, scilicet per disciplinam virtutis, per bonas consuetudines, per philosophiam et ordinatas leges. Et hoc est, quod dicit: SED OPORTET. 10

Inducit gratia exempli unam civitatem, quae prae ceteris laudabatur dicens: QUEMADMODUM. Quidam legislator in Lacedaemonia civitate et terra propinqua ordinavit possessiones et fructus esse proprios, sed in conviviis communicare, sicut dicitur de filiis Iob, quibus omnia erant communia, ibant tamen per domos facientes convivia per singulos et mittentes vocabant sorores, ut epularentur cum eis. 15 20

OPORTET AUTEM. Hic incipit tertia pars istius capituli, in qua ostendit, quod Socrates non consideravit, quibus bonis privatur civitas ex tali lege, quod omnia sint communia. Et dividitur in quinque partes, in quarum prima ostendit, quod communicatio, qua dixit Socrates omnia esse communia, non fuit probata per experimenta, an esset utilis vel inutilis. In secunda ostendit, quod lex sua erat inutilis, quia non ostendit differentiam inter nobiles et ignobiles, ibi: ADHUC AUTEM ET UXORES. In tertia ostendit, quod nociva fuit ex hoc, quod dominos rerum fecit agricolas, ibi: ADHUC AUTEM ET DOMINOS. In quarta ostendit, quod ex hoc inconveniens est, quod eosdem fecit esse principes semper et non diversos succedere secundum principatum, ibi: INSECURUM AUTEM. In quinta ostendit, quod lex Socratis aufert felicitatem a civibus, ibi: ADHUC AUTEM ET FELICITATEM. Dicit ergo: OPORTET AUTEM (...). 25 30 35

Cuius ratio est, quia municipes, id est senatores, civitatem custodientes utrumque simul facere non possunt – et iura
40 municipii custodire, et agros colere. Et modum istius legis, a quo exemplum accepit Socrates, subdit in littera, quod et nunc Lacedomonii facere conantur.

QUIN IMMO. Hic ostendit legem Socratis esse diminutam et imperfectam dicens: QUIN IMMO ID EST CERTE.||

142r || Hic adhuc arguit Socratem, quia dixerat omnia debere esse communia.

Supple: ideo, quia cum in omnibus dicat eos Socrates debere esse aequales, statim litigabunt, quare inter aequales
5 unus alteri praeponatur, sicut municipes agricolis, quamvis, ut in littera, etc.

Unde Socrates intendit hoc, quod dicit Apostolus, quod tales sic erunt disciplinati, quod ipsi sibi ipsius sunt lex. Ostendunt enim opus legis scriptum in cordibus eorum et non indige-
10 gebunt legibus, scilicet circa municipia, id est custodia municipiorum. Et hoc idem innuit Aristoteles in *Ethicorum* de Platone, qui dixit, quod lex non propter bonos, sed propter malos posita est ad malorum poenam et correctionem. Et concordat cum
15 Apostolo ad Timotheum dicentem, quod iusto non est lex posita, sed homicidis et plagariis, etc.

Et quia aliquis posset dicere, quod talia invenire esset facile et ideo omisisset ea Socrates, hoc respondet dicens: EST AUTEM.

Hic redarguit Socratem quoad hoc, quod insufficiens est de lege agricularum.||

142v || Socrates declaravit a simili, sicut enim in bestiis, scilicet in equis, asinis et bovis eodem labore laborant et masculi et

11-13 Cf. ARISTOTELES, *Eth. Nic.*, X, 10, 1180a 15-23 (AL 26, 1-3, 4, p. 377, 7-8). 14-15 1 Tim. 1, 9.

feminae, eodem modo debet esse in viris et uxoribus agricolarum. Hoc Philosophus reprehendit dicens: INCONVENIENS AUTEM. 5

Supple: ideo, quia sicut dicit Philosophus in *Ethnicorum*, corruptio urbanitatis est, si mulier obtinuerit principatum; et ideo inconueniens fuit eadem tractare mulieres viris, sicut dixit Socrates. Hic redarguit Socratem de hoc, quod dixit semper eosdem esse principes, ibi: INSECURUM AUTEM. 10

Posset forte aliquis dicere, quod Socrates non semper fecit eosdem principes, ideo obuiat ostendens hoc sequi ex dictis suis, ideo dicit: QUOD AUTEM NECESSARIUM.

Socrates dixit esse simile de hominibus, sicut de mineris in terra. In qua enim minera invenitur aurum, semper invenitur, et in qua argentum similiter, et in qua aes, semper invenitur aes, et in qua ferrum, semper invenitur ferrum, et non mutatur una minera, scilicet auri in aliam, scilicet argenti vel ferri nec vilioris in melius, nec e converso, sed semper manet eadem. Ita dixit, quod non quandoque quidem aliis, quandoque autem aliis mixtum est animabus a Deo aurum, sicut semper eisdem et hoc explanat dicens: AIT AUTEM ETC. Unde Socrates dixit semper illos debere principari, quorum animabus mixtum est aurum. Cum tamen omnia deberent esse communia et uxores, et pueri, et possessiones, et ex tali communicatione saepe permutarentur nobiles in ignobiles et e converso. Et secundum talem permutationem deberet etiam permutari principatus, quia aliter oriretur contentio et seditio in quibusdam semper principantibus alias aequae nobiles excluderentur a principatu. 15 20 25

Deinde subiungit ibi: ADHUC AUTEM. Quinta pars capituli, in qua arguit Socratem, quod a municipibus auferebat felicitatem. Unde Socrates dixit non solum municipes facere felices, sed totam civitatem; et hoc intellexerunt de felicitate perfecta, 30

6-7 Cf. ARISTOTELES, *Eth. Nic.*, VIII, 10, 1161a 1-5 (AL 26, 1-3, 4, p. 535, 4-9).

35 quae non solum consistit in operatione perfecta, quae est secundum virtutem connaturalis habitus non impeditam, ut dicitur I *Ethicorum*. Sed consistit in omnibus organice deservientibus ad ipsam, sicut in divitiis et fortuna et in omnibus condecorantibus eam, sicut est species corporis et nobilitas, secundum quod definit Tullius felicem sive beatum dicens: felix, sive beatus, est,
 40 cui optata succedunt. Et Boethius in V *De consolatione philosophiae*: felicitas sive beatitudo est status omnium bonorum congregatione perfectus. Huic autem dicto Socratis Philosophus obviat dicens ibi: IMPOSSIBILE AUTEM.

Capitulum tertium, in quo Philosophus disputat contra
 45 Socratem quantum ad leges, quas de sua politia dedit. Et habet duas partes in genere. Primo enim ponit leges, secundo procedit contra eas, ibi: SUPERFLUUM, igitur. Prima pars dividitur in tres partes, in quarum prima dicit, quod expedit de politia ista pauca considerare, eo quod Socrates de politia sua pauca determinavit.
 50 In secunda dicit, qualiter Socrates divisit habitantes in civitate, ibi: DIVIDITUR AUTEM IN DUAS PARTES. In tertia ponit quandam specialem legem Socratis, qua promulgavit, quod uxores oportet simul cum viris ad bella procedere et eadem disciplina cum municipibus participare, ibi: SI UXORES QUIDEM, etc.
 55 Unde Socrates primo dedit politiam et eam ordinavit, postea posuit leges, quibus regularentur in vita secundum ordinem politiae traditae. Et quia iam de politia multa tradita sunt, et ideo dicit: PROPTER QUOD.||

143r || Quemadmodum refert Tullius in libro *De republica* Socratem et Platonem instituisse, quod civitas ad modum corporis humani aedificaretur. In corpore enim humano primo

35-36 Cf. ARISTOTELES, *Eth. Nic.*, I, 8, 1098b 22sq. (AL 26, 1-3, 4, p. 385, 23). 39-40 Cf. THOMAS DE AQUINO, *STh*, I-II, 55, 2; 57, 1. 40-41 BOETHIUS, *De consol.*, III, 2, 3 (MORESCHINI, p. 60, 10-11) 1-3 Cf. CICERO, *De re publ.*, II, 51.

fundatur cor et iungitur ossibus pectoralibus et officialibus
 membris in circuitu positis et in extremo ponunt membra 5
 motiva, sicut manus et pedes, quibus repellantur contraria
 et attrahantur convenientia. Ita dixerunt in civitate in medio
 ponendam domum regis et in circuitu domus consiliariorum
 et senatorum ad muniendum regem et in extremis domus mili-
 tum, qui sustineant et repellant insultus inimicorum, quorum 10
 si aliquis formidolosus inveniretur ex electa iuventute electus et
 sublimatus, dicit Plato ad inferiores sedes eum esse retrudendum
 et alium loco eius esse instituendum. Quod si omnes deficerent
 bello interfecti, dicit quidam Vegetius | *De re militari*: ex aerariis
 et fabris esse restituendos. Et assignat causam dicti, quia aerarii 15
 et fabri ex consueto auditu soni malleorum et aeris minus fiunt
 pavidi auditu sono armorum hostium. Ex his de insufficientia
 arguit Socratem dicens: DE AGRICOLIS AUTEM etc. Ubi arguit
 Socratem de duobus, in quibus fuit insufficientis. Secundum ibi:
 ET UTRUM ARMA. 20

De qua parte dicit Plato in *Timaeo*, quod haec pars ex
 iuventute electa eligenda est et in extrema parte habitationum
 ponenda est, eo quod in extremis ordinati sunt ad repellendas
 iniurias. Deinde subdit: TERTIUM AUTEM. Unde ex militibus 25
 enim et aliis de populo, qui consilio regerent multitudinem,
 elegerunt quosdam, qui principatum haberent regiminis et
 secundum leges positas multitudinem regerent, ut quilibet
 ad votum viveret et finem beatæ vitæ attingeret secundum
 iustitiæ ordinem.

Subiungit de imperfectione legum Socratis circa uxores, etc. 30
 Id est cum rectoribus civitatum, cum tamen in *Ethicis* dictum
 sit, quod si mulier principatum obtineat, hoc corruptio urbani-
 tatis est. Deinde subdit alia, in quibus etiam insufficientis fuit ibi:
 ALIA AUTEM etc., scilicet de agricolis et artificibus.

21 non inv.

35 Unde de quibus alii legislatores plurimas leges tradiderunt,
 ipse insufficienter tradidit et paucas et dicit leges entes, id est
 secundum veram rationem leges existentes. Traditiones enim
 quasdam tradidit, sed rationes legum non habebant. Quia sicut
 dictum est, lex est ius scriptum asciscens honestum prohiben-
 40 sque contrarium. Et ostendit, in quo, subdens: PAUCA AUTEM.

Unde Socrates dixit, quod omnes oportet participare
 eandem disciplinam, licet artibus et aliis vitae differentiis iuvant,
 quod tamen esse non potest, et ostendit in quo dicens: PRAE-
 TER MULIERUM.

45 Opera necessaria dicuntur, quae fiunt pro necessitatibus
 victus et vitae. Unde politiae viventes debent ad votum vivere.
 Sed nec ad votum, nec beate vivit, qui labore necessitatis victum
 quaerit.

Hic incipit disputare contra legem Socratis. Et habet
 50 duas partes, in quarum prima rationes reprehensionis Socra-
 tis ponit. In secunda confirmat eas auctoritate Phaedonis, ibi:
 PHAEDON QUIDEM, igitur. Prima pars continet sex partes. In
 prima reprehendit Socratem in sermone. Secundo, quod non
 respexit ad ea, ad quae legislatores respicere debent, ibi: DICI-
 55 TUR AUTEM, QUOD OPORTET etc. Tertio, quod non bene
 determinavit de multitudine possessionis, ibi: MULTITUDINE
 AUTEM POSSESSIONIS VIDERE OPORTET. Quarto, quod non
 bene determinavit multitudinem civium proportionando ad
 possessiones, ibi: INCONVENIENS AUTEM ET POSSESSIONES.
 60 Quinto, quod non bene determinavit circa generationem, quali-
 ter debeat dividi hereditas patrum ad sufficientiam filiorum, ibi:
 NUNC QUIDEM ENIM NULLUS DUBITAT etc. Sexto, quod non
 respexit ad fortunas, quae accidere consueverunt in civitatibus,
 ibi: MAGIS AUTEM SUSPICABITUR QUIS. Dicit ergo circa
 65 primum: SUPERFLUUM, igitur etc.

Secunda pars, in qua reprehendit Socratem, eo quod non
 respexit ad ea, quae legislator debet respicere.||

143v || Ad regionem, ut tanta sit, quod possit nutrimenta et necessaria praebere. Sicut de Troia dicitur: Potum vineta, pastum dabant area laeta. Tunc communiter apponit tertium, ibi: ADHUC AUTEM. Et intendit, quod legislator etiam debet respicere ad vicinorum loca, ex quibus vel adiutorium, vel nocu- 5
mentum potest inferi civitati.

Sed posset aliquis obicere, quod haec tempore pacis non essent necessaria. Ad hoc respondet dicens: SI QUIS AUTEM.

Discedentibus, id est distantibus, ut scilicet terror eorum compescat et propinquos, et remotos; inimici enim plus terrore 10
quam amore compescuntur.

Tertia pars, in qua reprehendit Socratem, quod non propriis determinationibus utebatur in divisione possessionis. Dicit ergo: ET MULTITUDINEM.

Separatim, id est, si haec duo, scilicet liberaliter et temperate ab invicem separentur utrumque divisim acceptum hunc, scilicet liberaliter viventem, assentitur deliciari et hoc non est bene vivere, quia sub luxu vivere non est bene vivere et banausi efficiuntur. 15

Seneca dicit, quod laboriose vivens potius trahit vitam, 20
quam ducat, et ideo oportet utrumque coniungi, ut scilicet vivatur temperate et liberaliter. Sed quia posset aliquis quaerere, qualiter non accepit determinationem ab aliis virtutibus, ut dixisset mansuete et fortiter vivere. Respondet ibi: QUONIAM SOLUM HII HABITUS. 25

Quarta pars, in qua reprehendit Socratem in hoc, quod constituens sufficientiam possessionis ad multitudinem non determinavit, quanta deberet esse multitudo.

Quinta pars, in qua ostendit, quod debuit determinasse numerum multitudinis civium.|| 30

144r || Sexta pars, in qua Philosophus reprehendit Socratem in hoc, quod non determinavit numerum circa procreandos, cum hoc magis oporteret quam etiam circa possessiones.

Hic confirmat reprehensionem dictam per Socratem et
5 habet tres partes, in quarum prima dicit de politia, quam constituit Phaedon. In secunda comparat eam ad politiam Leacedemoniorum, ibi: FORSITAN ENIM. In tertia dicit, quibus politis sive urbanitatibus similes sint, ibi: DEMOCRATICE AUTEM. Circa primum tria facit, quia primo ostendit legem Phaedonis. Secundo ostendit defectum, ibi: DERELICTUM EST AUTEM. Tertio ostendit, quantum oportet crescere substantiam, ibi: QUONIAM OMNEM SUBSTANTIAM.

Ostendit, quod illa lex contrarium habeat <veritati>, in quod sit diminuta et imperfecta, cuius probatio ponitur in
15 littera.

Intendit enim dicere, quod sicut textorem aliam ordinationem oportet habere de filis filatis ex lana et filatis ex lino, ita legislatorem oportet diversam ordinationem habere de principibus et subiectis.

20 Addit ulterius de lege Phaedonis.

Addit ulterius de domibus.

Hic reprehendit Phaedonem in hoc, quod sua ordinatio pessimae urbanitati similis est, quae est democratia multorum de populo divitum principatus dicta. Domus enim divitum sunt. Et
25 democratia dicitur, quando multi propter solas divitias ad principatum constituuntur et corrumpuntur in timocratiam, quae a pretiis sic dicitur. *Thimos* enim Graece pretium est. Et *cratia* – potestas, seu principatus. Et est, quando aliqui de populo pretiis se emunt ad principatus, qui numquam quaerunt bonum populi,
30 seu communitatis, sed potius a populo extorquent, unde pretia recuperent, quae dederunt. Et hoc totum continetur VIII

13 <veritati>] *corr super. ex unum alia manu*

Ethicorum. Et ita Phaedon democraticum induxit principatum corrumpendum in timocraticum, qui substantias divitum voluit multiplicare in quintuplum et domos in duplum.

| Aristocratia est principatus multorum ex virtute principatum habentium. Et dicitur ab *ares*, quod est virtus, et *cratia* – principatus. Et corruptio huius urbanitatis, sive politiae, est in oligarchiam, quae est, quando pauci de nobilitatibus potentibus constituuntur in potestate propter apparentiam, quam ex nobilitate et potentia habent ad virtutem. Et dicitur per compositionem ab *oligon* Graece, quod est paucum, et *cratia* vel *archos*, quod est potestas, sive principatus, et huic nihil simile habuit politia Phaedonis, sed potius democratiae et timocratiae, ut dictum est.|| 35 40

144v || Optima politia est politia regum, seu regalis, quae vocatur monarchia, quia in omnibus sibi est sufficiens, scilicet in divitiis, gloria et amicis. Hic enim nullo indigens nihil extorquet a populo, sed quaerit in omnibus bonum populi commune, et non privatum. Si autem non est sibi sufficiens in omnibus, tunc non meretur dici rex, ut magis sufficienter patet VIII *Ethicorum* et huius corruptio est in tyrannidem, quae pessima est omnium politiarum et propter hoc opponitur optimae. Tyrannus enim est, qui omnia ad utilitatem propriam et nocumentum populi constituit. 5 10

Ephori dicuntur extra forum commune aliorum positionem et in principatum assumpti.

Hic determinat, quae sit optima politia secundum leges determinatas, et reprobatur compositionem, quam fecit Phaedon sequens Socratem. Et habet duas partes. Primo enim determinat compositionem Phaedonis et Socratis. Secundo reprehendit 15

6-8 ARISTOTELES, *Eth. Nic.*, VIII, 12, 1160b 1-12 (AL 26, 1-3, 4, p. 533, 19 – 534, 5).

eam ex aliorum compositione, ibi: MELIUS QUIDEM, igitur etc. Unde secundum Phaedonem et Socratem opportunum est optimam politiam componi ex democratia et tyrannide.

20 Causa est, quia democratia principatus est populi et divitum, quod dicebant magis referri ad communitatem, si multi principarentur quam si unus, omnia enim dicebant esse communia. Tyrannidem autem apposuerunt, quia multi militum dicebant esse politiam mediam inter aristocratiam et democratiam, qui

25 severi et crudeles debent esse in hostes, propter quod dixit Plato militem debere habere duas facies, scilicet benignam in cives et crudelem in hostes. Unde etiam praecepit, quod in egressu militum in pugnam contra hostes nihil ostendetur eis, quod audaces facient, ut arma et sanguis et vulnera percussorum ut exilli

30 provocarentur in furorem et audatiam contra inimicos. Sicut etiam dicit Aristoteles in III *Ethicorum*, quod fortes exsufflabant spiritum per nares et ebulivit sanguis. Et ibidem inducit Homerum dicentem virtutem furori immisce et in furore virtutem erige, et per virtutem intelligit fortitudinem. Et quamvis haec

35 compositio utilis sit in acie contra hostes, in qua democratico principatu principantur centuriones et chiliarchi, qui mille praesunt militibus et milites audaci fortitudine oboediunt. Tamen inter communitates civiliter non est bonum, propter quod Plato in *Timaeo* scribit et praecepit militibus redeuntibus a victoria

40 hostium occurrere puellas cum tympanis et choris et laudibus, ex quibus ad benignitatem converterentur facies, quas exhibituri erant civibus de posita feritate crudelitatis et audaciae. Et hoc est, quod dicit: QUAS AUTEM OMNINO, etc.

Nota, quod tyrannis est pessima omnium simpliciter et

45 omni corruptio monarchiae. Democraticus autem principatus

25-30 PLATO, *Tim.*, 17C-18B (WASZINK, p. 8, 1 – 9, 1). 31-34 ARISTOTELES, *Eth. Nic.*, III, 11, 1116b 27-35 (AL 26, 1-3, 4, p. 424, 20-26). 38-42 Cf. PLATO, *Tim.*, 17D (WASZINK, p. 8).

non quidem simpliciter pessimus, sed minus bonus est regno et aristocratia. Tunc communiter concludit ex his, quod melius dicunt alii aliter componentes vitam politicam. Et hoc est, quod dicit: MELIUS QUIDAM igitur, etc.

Oligarchia est principatus paucorum et potentium in civitate, qui est inter potentes centuriones et chiliarchas.|| 50

145r || Haec politia constat ex monarchia, quam ex honorabilissimis eliguntur. Ex democratia autem, quando ex ditissimis eliguntur plures, sicut in regno Romano saepius factum est. Augustus enim regnabat solus, Diocletianus autem et Maximianus simul. Proconsules autem et senatores secundae dignitatis viris multi eligebantur. Deinde subdit, quod in hac electione, quoddam est periculosum. Et ideo dicit: HABET AUTEM, etc. 5

Hic ponit epilogam conclusionem totius capituli.

Capitulum quartum, in quo incipit disputare de politica Fellei et Platonis. Et dividitur in tres partes. In prima ponit, quod dicebant de legibus et politiis. In secunda commendat: QUIA QUIDEM Igitur. In tertia obviat ibi: ADHUC AUTEM DISSIDENT.|| 10

145v || Ostendit, qualiter Plato hanc legem temperavit. Videns enim Plato cives non aequaliter esse idoneos nec aequalis dignitatis in republica. Et sicut dicitur *V Ethicorum*, in distribuendis non observari aequale in quantitate, quod est secundum medietatem arithmeticam, sed aequale in qualitate, quod est secundum medietatem geometricam. Dixit: Sortes inter cives non esse aequae distribuendas, sed pro dignitate uniuscuiusque. Et ideo dicit in littera: PLATO AUTEM. 5

Positis legibus incipit reprehendere de diminutione et insufficientia. 10

3-6 ARISTOTELES, *Eth. Nic.*, V, 7, 1131b 9-20 (AL 26, 1-3, 4, p. 459, 5-14).

Et supple de hoc: nihil statuit Plato neque Felleas, unde diminuti sunt et insufficientes.

Hic laudat illud, quod est laudandum in lege Fellei.||

146r || Et supple: ideo tenendum est, quod scilicet sortes antiquae conserventur illaesae. Ponit rationem dicens: NON ENIM, etc. Unde si nobiles mutant fortes, tunc necesse est, quod permisceantur ignobilibus et perdant ab antiquo sibi determinatas dignitates et hoc est periculum rei publicae, quia tunc non de dignitate sumitur, sed de populari vilitate et illi frequenter male regunt. Et propter hoc legislator non debuit tantum substantias moderari, sed concupiscentias in modo expendendi. Et ad hoc inducit aliam rationem, ibi: SED EST AEQUALITATEM.

10 Hic adducit aliam rationem.

Excludit quandam responsionem, quam ad hoc faceret Felleas.

Ostendit, quod adhuc reprehensibilis est de insufficientia dicens: sed disciplinam, quae erit, oportet dicere, quod non fecit Felleas et huius rationem dixit in I libro, quod scilicet in moribus universales sermones sint deceptivi et inutiles, particulares vero et exemplares utiles; et deducit ulterius, ex quo hoc innuit.

Ulterius arguit ipsum de insufficientia, quia nihil ordinavit de ambitione honorum.

20 Adducit aliam rationem, qua ostendit Felleam insufficientem esse.||

146v || Ostendit, pro quibus maxime litigant et iniurantur sibi invicem.

Arguit contra Felleam, eo quod in hoc diminutus fuit, quod nullas constituit leges, quibus cives ad seipsos conservarentur, cum tamen summe esset necessarium.

Ulterius arguit Felleam, quod de distinctione possessionum non bene dixit. Et dividitur in tres partes. In prima parte

ostendit hoc, quod dictum est de divisione possessionum. In secunda probat hoc per exemplum, ibi: HOC AUTEM OPOR-
TET NON LATERE. In tertia ostendit, quod non sufficienter dixit
de possessione, quando alias dimittendo de possessione terrae
tantum dixit, ibi: CIRCA TERRAE POSSESSIONEM. 10

Secunda pars, in quo probatur hoc per exemplum.

Poeta dicit: Stultitiam patiuntur opes et saepe concitant
animos inferiorum ad superiores.|| 15

147r || Concludit ex dictis, quod expedit civibus habere posses-
siones limitatas.

Ulterius arguit Felleam in hoc, quod nihil legum fecit ad
regulandum concupiscentiam et tamen hoc fuisset summe
necessarium. 5

Tertia pars, in qua arguit Felleam, quod limitando posses-
siones non determinavit nisi circa terream, cum tamen plures sint.

Hic arguit ipsum iterum in hoc, quod minimam partem
construxit politiae.||

147v || Ponit epilogam conclusionem de toto tractatu Felleae.
Capitulum quintum, in quo determinat de politia Hippodami,
quae est ultima inter politicas a philosophis traditas. Et divi-
ditur in duas partes. In prima tradit eam. In secunda disputat
contra eam, ibi: DUBITABIT AUTEM UTIQUE ALIQUIS. Prima 5
in duas; in prima tradit quaedam de vita Hippodami, qualis
fuerit vita et actu. In secunda, qualiter ordinavit lege et divisione
politiam, ibi: CONATUS EST ALIQUA DICERE. In prima harum
dicit quattuor, scilicet genus et patriam Hippodami, secundo
modum vivendi, tertio studium, quarto, quid de politica divi- 10
sione dixit. Dicit ergo: HIPPODAMUS AUTEM. Iuxta quod nota,
quod Hippodamus filius Euriphontis Milesius natione primo
invenit divisionem civitatis, quam dixit esse dividendam in habi-
tationem civium et vicos artificum et suburbia terras colentium,

15 factus circa aliam vitam, quam scilicet civilem, contemplativam
 dixit. Dixit enim in civitate nullum posse agere vitam contem-
 plativam et propter hoc fuisse ut philosophus Dydimi regis
 Brachmanorum. Omnes enim illi vitam eremiticam duxerunt,
 sicut scribitur in epistolis Dydimi ad Alexandrum, in quibus
 20 continetur, quod Dydimus dixit: Antra nobis domus sint, dum
 vivimus, proficiunt in hospitium, dum morimur in sepulchrum.

Deinde sequitur in littera: **MAGIS SUPERFLUUS**. Unde
 Hippodamus maxime fuit cupidus honoris et ideo magis fuit
 superfluous, quia superstitiose et curiose observabat omnia ad
 25 vitam solitariam pertinentia propter honoris amorem, quia
 honor est praemium virtutis, ut dicit Aristoteles I *Ethicorum*.
 Virtutem autem non reputabat esse nisi vitam solitariam et
 contemplativam intantum, ut videbatur quibusdam aliis philo-
 sophis, qui ipsum noverant vivere curiosus capillorum multi-
 30 tudine, quos non tondebat, et comae, quam etiam non tonde-
 bat, eo quod nullum studium corporis appetebat. Adhuc etiam
 vestitus eius fuit vilis, sed calidus non solum in hieme, sed etiam
 tempore aestivo. Dixit enim in vestitu non omne gloriandum,
 sed necessitatem quaerendum, ut scilicet sit calidus et sic non
 35 ornatus, sicut et rex Brachmanorum scripsit Alexandro dicens:
 nos et uxores nostrae in vestitu ornatum non quaerimus, quam
 natura negavit. Ganda enim opertus aliquando melior est quam
 coopertus purpura. Ganda est vilis pannus et grossus, qui exten-
 ditur super naves, in quibus merces portantur.

40 Deinde commendat ipsum in studio dicens: **RATIOCINA-
 TIUS AUTEM**, etc. ||

148r || Iniuriam notat, quidquid sit contra honorem sicut
 convitia; nocumentum vero, quidquid cedit in damnum, sicut
 spoliolum et furtum; mortem vero, quidquid sit contra personam,

26 ARISTOTELES, *Eth. Nic.*, IV, 7, 1123b 35 (AL 26, 1-3, 4, p. 440, 16-17).

sicut vulnera et verbera. Et ita videtur inniti verbo Platonis, quod dicitur in *Ethicorum*, scilicet quod leges propter malos positae sunt, non propter bonos. Et ponebat rationem, quia iusta regula virtutis sibi ipsi lex est. 5

Ostendit, qualiter dicebat fieri debere iudicia dicens:
LEGEM AUTEM STATUIT.

Ostendit, quare statuti sunt tales iudices et quare praetorium. 10

Hippodamus dixit, quod proposita quaestione a praetore in communi de condemnatione vel absolute alicuius rei sine culpabilis, quilibet audiens seorsum deberet scribere in pugilari, quid sibi videretur: utrum ille esset condemnandus vel absolvendus. Et si iudicaret condemnandum in pugillari vel in tabula, quam pugillo ferret, causas condemnationis scriberet. Si autem iudicaret absolvendum pugillarem praesentaret vacuum, per quod significaretur, quod ille non haberet reatum aliquod condemnationis. Et quod praetor omnibus vel pugillaribus acceptis iudicaret, secundum hoc et per collationem vel discussionem. 15

Ulterius ostendit, quid sit faciendum eis, qui laborant pro re publica studendo et inveniando, quod bonum esset. Et dicit, quod tales adipisci denuo honores, sicut in civitate Romana talibus fiebant statuae et demonstrationes, sicut de Ioseph legitur et de Mardocheo, quod et imponerentur super equos, qui de sella regis sunt, et omnes genua flecterent et adorarent, praeconis voce clamante, quod tali honore dignus est, quod rex decreverit honorare. 25 30

Ista lex scilicet, quod pueri illorum morientium in bello nutriantur de aerario publico.

5-6 Cf. ARISTOTELES, *Eth. Nic.*, X, 10, 1180a 10-20 (AL 26, 1-3, 4, p. 584, 9-18). 26 Cf. Ex. 41, 42-43. 27 Cf. Esth. 6, 7-9.

Ostendit, quomodo ordinabat principes.

Ponit epilogum legum dictum Hippodami.

35 Hic incipit secunda pars huius capituli, in qua disputat
contra praedicta. Et dividitur in duas partes. In prima disputat
contra divisionem, quam fecit Hippodamus. In secunda dispu-
tat contra modum iudicii, quod posuit ibi: NON BENE AUTEM.
Prima in tres, in quarum prima disputat contra hoc, quod uni
40 parti dedit arma, et non alii. In secunda ostendit, quod cum
meliores sint arma habentes aliis, ex parte illorum contingit,
quod quasi alii non erunt pars civitatis, ibi: SED OPORTET
MELIORES ESSE. In tertia ostendit, quod ex hoc, quod Hippo-
damus divisit civitatem in tres partes, necesse est addicere quar-
45 tam, ibi: QUARTAM ITERUM, dicit ergo dubitabit utique, etc.

Posset aliquis dicere, quod in hoc sunt aequales, quod
omnes participant principatum obicit in contrarium dicens:
PARTICIPARE.||

148v || Inducit aliam rationem sumptam ab inaequalitate
partium, dicit ergo: SED OPORTET.

Ponit aliam rationem sumptam ex parte artificum.

5 Tertia pars, quae est agricolarum, quod illa irrationabiliter
ab Hippodamo est ordinata.

Colunt – supple: sibi et non aliis, quia secundum ius natu-
rale, quod suum est, nemo tenetur communicare alii.

Et supple sic: Hippodamus insufficienter divisit civitatem
in tres partes.

10 Adducit aliam rationem et ostendit inutilitatem talis legis
et irrationabilitatem.

Secunda pars principalis, ubi disputat contra modum iudi-
cii, quem dedit Hippodamus. Et dividitur in quattuor partes, in
quarum prima disputat de sententiis seorsum scribendis, secun-
15 dum quas debet iudicare iudex vel praetor. In secunda disputat
contra hoc, quod dixit Hippodamus de his, qui aliquid faciunt

pro communi utilitate civitatis, quod honores speciales eis exhibendi sunt, ibi: DE EO AUTEM QUOD EST, etc. In tertia disputat de hoc, utrum melius sit antiquas leges tenere vel novas adinvenire, ibi: QUONIAM AUTEM FECIMUS. In quarta specialiter ostendit, quod melius est adhaerere veteribus, ibi: QUAERUNT AUTEM. Dicit ergo: NON BENE AUTEM.|| 20

149r || Secunda pars, in qua disputat contra legem, quam dedit Hippodamus de provisione puerorum illorum, qui bene fecerunt pro civitate, et hoc, quod ipsi honorandi sint in imaginibus et etiam demonstratione, dicit ergo: DE EO AUTEM, etc.

Quia dubium est, ideo obicit ad utramque partem et primo, quod non expedit inducere novas leges.|| 5

149v || Civitas enim semper adhaeret antiquitati et idcirco non expedit recipere nova.

Ostendit, quod ista quaestio melius est disputanda ad utramque partem.

Hoc contulit, scilicet semper accipere nova experta plusquam antiqua et dat exemplum, puta medicinali mota extra paterna, id est supra paterna. Nova enim experta a novis, extra paterna experimenta meliora sunt, quia magis probata sunt. Et in illi verum est, quod dicit Priscianus: Cuius auctores quanto iuniores, tanto perspicaciores. Et dicit Aristoteles in II *Elenchorum*, quod sic adinventae sint artes, quod scilicet priores quaedam invenerunt, sed posteriores semper auxerunt usque ad perfectum. Et inducit aliud exemplum de alia scientia, quae etiam experimentis perficitur dicens: Et gymnastica, quae est pugillatoria ars, in qua posteriores multas bonas plagas invenerunt, quas antiqui ignorabant. Ex his universaliter concludit 5 10 15

9-10 PRISCIANUS, *Inst. gram.*, I, 1. 10-13 Cf. ARISTOTELES, *Soph. el.*, 34, 183b 22-26 (AL 6, 1-3, p. 108, 11-16).

dicens: ET TOTALITER ARTES, etc. Ex quibus omnibus videtur
 concludere, quod melius est novas leges accipere quam antiquas
 retinere, quia novae magis expertae sunt quam antiquae. Habent
 20 enim novae, quidquid antiquae habuerunt, et praeter hoc
 quaedam adinvenerunt. Et ad idem adducit rationem dicens:
 SIGNUM AUTEM.

Hic incipit disputare contra Hippodamum ex his, qui
 novas habitationes in terris inducunt. Illos enim necesse est
 25 inducere novas leges et tales habitationes saepe necesse est fieri
 in domo mundo secundum revolutiones orbis, quae causant
 desolationem terrarum secundum philosophos, dicit ergo:
 QUÆRUNT ERGO, etc.

Nota. Philosophus tangit duo, ex quibus fit terrarum nova
 30 habitatio, secundum philosophos, astronomos et praecipue
 secundum Socratem. Primum est de coniunctione Iovis et Satur-
 ni de triplicitate in triplicitatem, quae sit in ducentis quadru-
 plum annis semper, eo quod illae duae stellae semper in triplici-
 tate habent XII coniunctiones; coninguntur enim de nono in
 35 nonum signum in quibuslibet XX annis octava parte anni unius
 et duodecies XX faciunt ducenta quadraginta. Et dicit Albu-
 masar in libro *De magnis accidentibus mundi et coniunctionibus*
planetarum, triplicitate in triplicitatem causat destructionem
 habitationum antiquarum civitatum et aedificationes et popu-
 40 lationes novarum in provinciis. Et illos, qui sic primum habitant
 novas civitates, vocat terrigenas, quos necesse est primo rudes
 esse, eo quod experti non sunt. Sunt etiam in astronomia tabu-
 lae positae, quae vocantur diluviorum, maxime ignis et aquae,
 sicut diluvium aquae describitur in fabula *De Pyrrha Deucalione*.
 45 Et diluvium ignis in fabula *De Pheronte* ab Ovidio, in quorum
 utroque a corruptione universali quidam salvati sunt, a quibus
 postea disseminati sunt habitatores cultores terrarum. Et hos

36-40 Cf. ALBUMASAR, *In iudiciis astrorum*, VI, 4-6.

vocat eos, qui ex corruptione quadam salvati sunt. Et dicit illos similiter esse terrigenas, similiter et contingentes et insensatos.

| Cum parvum bonum addicit lex nova, considerandum est, 50
utrum melius sit modicum, quod addicit nova lex, vel malum, quod inducit solutio veteris. Tunc ostendit, quomodo hoc est considerandum, ibi: ASSUESCERE AUTEM.||

150r || Si enim populus assuescat principibus rebellare, seditio-
nes orientur. Rebellant autem, quia quandoque leges antiquas
non tenent, quae promulgatae sunt a principibus, tamen quia
Hippodamus novas leges praefendas antiquis probabat per
artes, quae per posteriores tantae sunt et melius traditae. Et ideo 5
respondet ad hoc dicens: MENDAX QUOQUE, etc.

In *Pandecta* enim, ubi tractatur de politica, quae est legis
positiva, habet hoc determinari. Et sic finitur pars, quae est
secundum opiniones philosophorum, scilicet Socratis, Platonis,
Felleas, Phaedonis et Hippodami, etc. 10

Tractatus secundus, in quo incipit determinare de politiis in
principalibus civitatibus observatis. Et habet duas partes. In prima
determinat de politiis in civitatibus principalibus observatas.
Secundo politias eorum, qui vixerunt vita solitaria, ibi: EORUM
AUTEM, igitur etc. Prima pars dividitur in tres partes. In prima 15
determinat de politia Lacedaemoniorum. In secunda de politia
Cretensium, ibi: CRETENSIVM AUTEM POLITIA. In tertia de
politia Calchedoniorum, ibi: POLITIZARE AUTEM, etc. In prima
parte determinando de politia Lacedaemoniorum tria facit. Primo
ostendit, qualis sit politia ipsorum. Secundo, in quo conveniat 20
et differat ab aliis, ibi: TESSALORUM ENIM OPES. Tertio, quod
inconveniens accidat in ea, ibi: CIRCA CRETENSES. Primo igitur
praemittit duas considerationes, quae sunt in ea, scilicet quid bene
aut non bene habeat ad virtutis ordinem et quid bene aut non
bene habeat ad modum et suppositionem contrariae politicae, ibi: 25
ALTERA AUTEM, etc. Dicit ergo: DE EA AUTEM, etc.

Ratio, quare non est facile, quia diversorum subministrantium in politica communicatione diversi sunt mores et officia, quae una vel simili lege ordinari non possunt. Et tunc ostendit
 30 necessarium esse, quod talis schola sit per contrarium. Et ergo dicit: TESSALORUM ENIM INOPES, igitur etc. Ratio autem est, quare inopes, id est populares, molesti fuerant Tessalis, quia popularibus disciplina non erat posita. Et ideo reputabant se opprimi a maioribus, et propter hoc maiores quandoque vel occi-
 35 debant vel eiciebant, sicut et Romae [?] saepissime factum est, et hoc factum non fuisset, si schola disciplinae repressus fuisset populus. Et de hoc inducit aliud exemplum dicens: SIMILITER AUTEM, igitur etc. Unde inopes, seu populares, molesti fuerunt Latonibus, id est Lacedaemonibus, non habentes scholam disci-
 40 plinae. Reputantes se opprimi a magnatibus semper perseverant insidiantes, si aliquod infortunium accidat magnatibus, ut tunc additi inimicis eorum expellebant eos de civitate. Tunc inducit communiter, quibus hoc non accidit, scilicet ex schola, quam dederunt popularibus, ideo dicit: CIRCA CRETENSES, etc.
 45 | Creta insula est nec habet civitates vicinas, cum quibus litiget de terminis, et ideo populares eorum non inveniunt, quibus adiciuntur ad molestationem eorum magnatorum. Et ponit ad hoc antiquum dictum, scilicet propter non expedire ipsis possidentibus, scilicet terras et praedia circa domos, supple:
 50 habere, quia vicini eorum desiderantes eorum praedia litigabunt cum eis. Et si addentur eis ministri eorum, eicientur, propter quod Cretensibus expediebant vicina sibi praedia non habere. Universale est enim omni animali, ut dicit Aristoteles in libro *De animalibus*: pugnare pro cibo, domo et pullis. Sic etiam una
 55 civitas pugnavit cum vicina civitate pro terminis, quos si prope non habeat, remanebit cum pace. Et hoc quidem fuit in Creta

53-54 ARISTOTELES, *Hist. animal.*, IX, 1, 608bsqq.

causa pacis. Tunc per contrarium ostendit, quod fuit causa dissidii in aliis, et ideo dicit: LATONIBUS AUTEM, etc. verte folium.||

150v || Quia dixerat difficile esse modum accipere, quo teneantur ministrii, ne insurgant ideo modum illum investigat, subdens: ADHUC CUM ACHAICIS.

Remissi enim hoc est, si magnates colloquentes eis sicut amicis et non sicut subditis efficiuntur remissi iuxta illud: qui delicate nutrit servum suum, sentiet eum contumacem. Et hoc est, quod dicit: iniuriantur. 5

Postquam reprehendit disciplinam, quam habebant ad servos Lacedaemonii, reprehendit disciplinam, quam habebant ad mulieres.

Ex hoc concludit hoc esse nocivum communitati politicae. 10

Et quia posset aliquis dicere, quod etiam dixit Theophrastus, quod philosopho et militaribus intendenti non expedit ducere uxorem, quod etiam hoc expedit politiae, ad hoc respondet dicens: ALITER, QUIA.

Militaribus expedit continentes esse a mulieribus rationem assignaverunt talem, quia militantes pro re publica non debent habere rem privatam et familiarem, ne abstrahantur a communibus. 15

Augustinus: Hoc facit meretrix in mundo, quod cloaca in palatio: tolle cloacam de palatio et implebilis palatium foetore, tolle meretricem de mundo et replebis mundum sodoma.|| 20

151r || Licet enim haec fabula sit, quia componitur ex miris, tamen intendebat, quod militaribus dediti magis appetunt coitum et hoc est integumentum signatum in fabula. Et ideo dicit: AUT ENIM AD EAM, etc.

Cuius ratio traditur in quodam libro *De problematibus* – et est talis, quia militares et bellicosi propter hoc, quod continuo 5

18-20 Cf. AUGUSTINUS, *De civ. Dei*, XIV, 18 (CCSL 48, p. 440, 52 – 441, 9).
5-9 PSEUDO-ARISTOTELES, *Probl.*, 877b 14.

sedent in equis, propter confricationem et motum membrorum genitalium ad dorsa equorum, magis quam alii titillantur ad coitum. Et ideo praecepit Plato Athenis, quod militibus ibi
10 vertentibus de bello mulieres solutae occurrerent ad fornices, hoc est arcus triumphales, in quibus militiae eorum imaginibus sculptis demonstrabantur, et ibi commiscerentur eis, et quia arcus tales fornices vocabantur, dictae sint etiam ipsae mulieres fornices et coitus ipsarum fornicatio. Modo tunc statim aptat, quod dixit
15 Lacedaemoniis. Et ideo dicit: PROPTER QUOD APUD, etc.

Adducit aliam rationem.

Hic tangit exclusionem excusationis Lacedaemoniorum in tali in civitate et maxime ad mulieres.

Ostendit, quod non recte se habet in Lacedaemonia||

151v || In primo libro dictum est, quod thymatistica pecuniativa est, quae ad oeconomicam pertinet, sic ordinata politia ad servos et mulieres incipit ordinare et reprehendere divisionem possessionum, quae fuit in Lacedaemonia, et ideo dicit: POSTEA
5 ENIM EA, igitur etc., ubi reprehendit tertium in politia Lacedaemoniorum, scilicet quod inaequaliter et irrationabiliter inter cives diviserunt possessiones. Et tunc hoc dicit causam reprehensionis, ibi: HIS QUIDEM ENIM, etc.

Ostendit quantum hoc, scilicet inaequalis divisio damnificet civitatem dicens: PROPTER QUOD.

EMERE ENIM, etc. quasi dicens: in hoc enim recte fecit, quod emere et vendere dixit non esse bonum, quia per hoc cives remanent in possessionibus suis et habitant terram. Et subdit: NON RECTE FECIT.

15 Idem accidere, si enim aliquis dat possessiones suas, exhereditabitur, sicut si vendidisset, et sic recedet de terra et terra desolabitur, sicut si vendidisset. Pravitatem autem illius legis ostendit per exemplum dicens: SUNT AUTEM, etc. Intendit,

quod quidquid invenitur in bonis alicuius defuncti, dividitur in
 quinque partes, quarum duae dantur mulieribus, omnibus aliis 20
 heredibus, quotcumque fuerint, tres aliae dantur. Tunc subdit
 rationem, quare hoc ordinavit legislator dicens: et propter dotes
 dare magnas, id est, quia mulieribus magnae dotes dandae sunt,
 propter honorem matrimonii. Et hoc ipsum increpat tamquam
 prave ordinatum dicens: quamvis melius, supple: esset, etc. 25
 Cuius ratio est, quia tunc unusquisque remaneret in hereditate
 sua et magnorum domus et nobilium conservarentur et civi-
 tas remaneret populata et abundans, tunc ostendit pravitatem
 huius. Huius legis dicens: NUNC AUTEM, etc.

Inducit antiquum dictum et observatum dicens: DICUNT 30
 AUTEM, etc.

Spartiates et Lacedaemones sunt idem et habebant confo-
 ederationem cum Iudaeis et cum Romanis, quia bellicosi viri
 erant et quaerebant auxilium ab aliis. Denique redit ab antiquo
 dicto dicens: ATTAMEN|| 35

152r || Post reprehensionem de servis mulieribus et divisione
 possessionum ponit hic reprehensionem legis eorum circa gene-
 rationem filiorum dicens: CONTRARIA AUTEM.

Et dicebant ephori procuratores publicorum negotiorum et
 ad hanc dignitatem elegebatur, qui tres filios procreavit. 5

Vectigal est teloneum, quod de vectis et vehendis mercibus
 dantur ad stipendia militum, qui vias tutas faciebant effugando
 praedones et latrones.

Tunc subdit istius legis reprehensionem dicens: QUAMVIS
 MANIFESTUM. 10

Postquam reprehendit leges Lacedaemoniorum de servis
 mulieribus, de divisione terrarum et procreatione filiorum. Hic
 reprehendit eos de institutione principatum. Et dividitur in tres
 partes, in quarum prima reprehendit institutionem ephorum

15 et ostendit eam non esse consonam voluntati civitatis. In secunda ostendit talem electionem esse puerilem, ibi: ADHUC AUTEM ELECTIONEM. In tertia reprehendit institutionem, quam fecerunt de regno, ibi: DE REGNO AUTEM. Prima pars dividitur in duas partes, in quarum prima ostendit malam institutionem
 20 ephorum, eo quod corrupta est et facile corruptibilis. In secunda ostendit, quod sit contraria voluntati civitatis, ibi: EST AUTEM ET DIAETA. In prima parte ostendit malam esse ephoriam, eo modo quo observabatur a Lacedaemoniis, licet utilis essent secundum se. Dicit ergo: AT VERO ET QUAE CIRCA, etc.

25 Gerusia, dicitur a *geros*, quod est sacrum, hic autem ponitur pro honorabilitate, quia honor est praemium virtutis, ut dicitur X *Ethicorum*.

Propter ephoriam, id est, quia assumitur ad procuraciones publicorum negotiorum, et sic aliquo modo participat principatum. Principato autem sibi dedito. Unde Titus Livius scribit in
 30 *Gestis Romanorum*, quod Scipio dixit ad Domitianum, qui insertus erat senatoribus: Consentias me esse senatorem et ego consentio te esse principem. Et cum nollet, a senatu iussus est Domitianus et interfici et praeceptum ut nomen infaustum e lignis et
 35 lapidibus eraderetur. Iuxta illud: “memoria iusti cum laudibus, nomen autem impiorum putrescet”. Quare autem populus quiescit participandum istum principatum, subdit rationem dicens: CONSTITUIT ENIM EX OMNIBUS, etc. verte folium.||

152v || In ista parte arguit principatum Lacedaemoniorum, et quia apud eos triplex principatus. Et ideo haec pars tres habet. In prima arguit malam constitutionem ephorum. Sed quia etiam senes eligebant quasi pro consulibus, modum electionis

26-27 ARISTOTELES, *Eth. Nic.*, IV, 7, 1123b 35-36 (AL 26, 1-3, 4, p. 440, 16-17). 30 *Non inv.* 35-36 Prov. 10, 7.

illorum arguit secunda, ibi: ADHUC AUTEM ELECTIONEM. 5
 Tertio arguit modum, quo habebant regnum et regem, ibi: DE
 REGNO AUTEM. Dicit ergo: EST AUTEM, etc.

Nota: Ephori sibi indulgentes ordinabant magnas et sump-
 tuosas diaetas et expensas plus, quam civitates poterant sustine- 10
 re. Et ergo talis diaeta ephororum non fuit consona voluntati
 civitatis.

Seniorum eligebant enim seniores, qui per totam vitam
 principarentur in consulatu et essent proconsules, et hoc dicit
 non esse tutum nec bonum. Ponit tamen rationem, quia id
 bene fieri videtur, ibi: *Epyeikesi*, id est superiusti, dicit enim 15
 Commentator super V *Ethnicorum*, quod *epyeikes* est superiustus
 ab *epy*, quod est 'supra', et *kaya* – 'iustus' et sunt illi, qui sciunt,
 quando lex tenenda vel solvenda est, eo quod quandoque melius
 et utilius sit civitati tenere legem quam solvere. Dicit ergo, quod
 talibus senioribus constitutis *epieches*. 20

Aristoteles in libro *De memoria et reminiscentia* dicit, quod
 memoria senum est sicut ruinosa aedificiorum, et cum non
 permaneant in eruditione, sed corrumpantur per senectutem,
 formidabile est eis principatum ad vitam committere. Unde
 etiam in multis terris leges et principes cedunt propter senectu- 25
 tem, eo quod deliri efficiuntur. Deinde dicit sic: MODO AUTEM
 ISTO, etc.

Ostendit electionem seniorum non esse bonam et hoc ideo,
 quia non eligebant idoneum, scilicet volentem et ambientem
 principatum. Et hoc dicit esse reprehensibile, ibi: ET IPSAM. 30

Bernardus *Ad Eugenium papam*: Sit tibi suspectus omnis,
 pro quo aliquis rogat. Qui autem pro seipso petit, iam condem-
 natus est, ambitiosus enim est.||

16-20 Cf. THOMAS DE AQUINO, *In Eth.*, V, lect. 16.n.1. 19 *Non inv.*
 21-24 ARISTOTELES, *De mem.*, I, 450b 3-7. 31-33 BERNARDUS CLA-
 RAEVALLENSIS, *De consid.*, IV, 9 (LECLERCQ, ROCHAIS, t. 3, p. 456, 11-12).

153r || Corrupti enim ambitione et avaritia multa nociva faciunt hominibus, propter quod dicit Scriptura, quod Iason et Simon crescebant in malitia propter avaritiam eorum, qui in principatibus erant constituti.

- 5 Hic reprehendit institutionem Lacedaemoniacam de regno et hoc per tria, et secundum haec illa pars dividitur in tres partes, in quarum prima reprehendit ex hoc, quod communes impensae, quae fiebant in festis et demonstrationibus, fiebant per contributionem pauperum parum habentium et non de commu-
- 10 ni. Secundo reprehendit ex principatu navali, qui fuit causa defensionis, ibi: *EAM AUTEM QUAE CIRCA NAVIGII*. In tertia reprehendit ex hoc, quod politiam non referebant ad debitam et perfectam virtutem, ibi: *HANC AUTEM ET SUPPOSITIONEM*. In prima parte tria facit. Primo enim ostendit, quod quaestionem
- 15 illam, qua quaeritur, utrum regnum utilius sit civitatibus habere, vel non habere, defert disputandum in alium locum, scilicet in III librum. Secundo, quod si bonum et utile sit regnum civitatibus, ostendit, quod non eo modo, quo Lacedaemonii habebant regnum, ibi: *SED ETSI MELIUS*. Tertio reprehendit expensas,
- 20 quae fiebant in festis et demonstrationibus, sicut dictum est, ibi: *NON BENE AUTEM NEQUE CIRCA CONVIVIA*. Dicit ergo: *DE REGNO AUTEM*, etc.

- Kalokagathos* dicitur a *kalo* in Graeco, quod est bonum, et *agathos* – etiam bonum. Et dicit ARISTOTELES in libello de
- 25 perfecto bono, quod in Graeco bonumbonum, sive *kaloagathos*, dicitur de perfecto bono.

- Propter quod etc. Ostendit a signo, quare diffidit de suis civibus. Et intendit dicere, quando pro negotiis publicis mittebant legatos ad diversas terras et regna, non mittebant unum nec
- 30 duos amicos, qui concordarent in legatione, sed inimicos, ut si unus in legatione contra civitatem acceptaret, alter ex inimicis

2-4 2 Machab. 4, 23.

revocaret, de nullo enim confidebant. Et addit aliud signum et talem putabant civitatis esse dissidere reges. Ex hoc enim dicebant, quod si aliquid statutum essent ab uno rege nocivum civitati, ab alio ei dissidente revocaretur. Ex hoc patet, quod de nullo, 35 ut sufficienter bono confidebant. Sequitur: NON BENE AUTEM.

Posset aliquis dicere, quod hoc non est magnum damnum populo. Et ideo ostendit, quod sic dicens principari quidem, etc.

Hic prosequitur reprehensionem navalis principatus.||

153v || Si rex sit ad vitam in civitate, cuius potestas extenditur super totam civitatem, et principatur etiam princeps navigii, qui in navali bello pugnant pro civitate, erunt quasi duo regna in civitate; et sic divideretur in se invicem et sic civitas desolaretur.

Procedit ad tertiam partem, sive ad tertium modum 5 reprehensionis, dicens: HOC AUTEM SUPPOSITIONEM, etc.

Nota. Propter artem virtutis intelligit militarem fortitudinem, quae non est nisi secundum quid dicta fortitudo, quia sicut dicit Aristoteles in III *Ethicorum*, vera fortitudo civilis est. Cives enim gratia boni politici exponunt se periculis et non cedunt 10 neque fugiunt superexcrecentibus periculis. Est enim mors eis tali salute eligibilior. Milites autem confidentes in exercitio militari superexcrecentibus periculis proiectis armis fugiunt turpiter. Et ideo veram fortitudinem non habent, sed fortitudinem secundum quid, quam hic vocat partem fortitudinis virtutis. 15 Quare autem ordinaverint leges ad illam, quia haec est utilis ad dominari, quae tamen dominatio tyrannica est. Tunc convenienter concludit inconveniens, quod sequitur ex hoc, igitur etc.

Exercitium ad virtutem melius est quam bellicum et maxime ad principalem virtutem, sicut est iustitia et temperantia. Tunc ulterius addit reprehensionem expensarum circa militiam dicens: PRAVE AUTEM. 20

9 ARISTOTELES, *Eth. Nic.*, III, 11, 1116a 10sq. (AL 26, 1-3, 4, p. 423, 7sq.).

Ostendit tertiam rationem reprehensionis.

25 Idiotae videntes, quod pecuniis adipisci poterant principatum bellicum, amabant eas et undecumque et quaerebant etiam per rapinam. Tunc communiter ponit epilogum dicens:
DE LACEDAEMONIORUM.

30 Capitulum secundum, in quo determinat de politia Cretensium, qui fuerunt vicini Lacedaemoniorum circa mare habitantium. Et dividitur in tres partes, in quarum prima ostendit, qualiter Lacedaemoniorum politia est orta a politia Cretensium. In secunda, in quibus convenit cum ea, ibi: HABET AUTEM PROPORTIONALITER. In tertia, in quibus est reprehensibilis, ibi: VIDETUR AUTEM INSULA. In prima parte dicit duo, scilicet
35 a quibus orta est politia Cretensium et aptitudinem insulae ad principandum, ibi: VIDETUR AUTEM INSULA. Dicit ergo Cretensium, etc.||

154r || Causa est, quia quae communiter tradita sint ab antiquis, novis emergentibus casibus a iunioribus distincta et magis expressa sunt. Et propter hoc etiam in iure veteri multa abrogantur per novum, etc.

5 Ostendit, qualiter Lacedaemoniaca processit a Cretica et supponit hoc ex communi fama. Et in littera innuit talem historiam, quod Karylla fuit rex Lacedaemoniorum et procurationem regni sub ipso habuit Lycurgus, qui propter accusationes, quibus accusabatur apud Karyllam, fugiens derelinquit procurationem
10 et peregrinatus est in Cretam, ubi conversatus fuit multo tempore propter cognationem, quia inde oriundus erat.

Nota, quod qui fuerunt nati de Creta, fuerunt in Lacedaemonia alienam terram colentes. Accolae enim fuerunt in Creta, incolae autem in Lacedaemonia, iuxta illud: Accola, quae sua
15 sunt, colit, incola, quae sua non sint.

Hic describit insulam Cretam, quam apta sit Graecis ad imperandum.

Haec est secunda <pars> principalis istius capituli, in qua ostendit, in quibus specialiter convenit Cretum cum Lacedaemonica politia. Et ponit tria; primum in cultura, secundum in electione consulum, tertium in differentia eorum. Secunda ibi: ADHUC AUTEM. Tertium ibi: QUOD QUIDEM IGITUR CONVIVIORUM. Dicit ergo: HABET AUTEM. 20

Hic ostendit convenientiam electionis eorum, qui ordinarunt rem publicam in Cret>i<a et Lacedaemonia. 25

Kosmos in Graeco idem est quod ornatus. Et quia sapientes, quibus committitur ordinatio rei publicae, ornatus sunt civitatis, et ideo ab ornatu nomen acceperant – *kosmoi* appellati sunt.

Damascenus dicit, quod *bulisis* est voluntas consiliativa, a qua illi *bolulini* dicuntur. Et dicuntur aequales, quia in utraque, scilicet in Creta et Lacedaemonia, eligebantur quidam, qui praessent consilio communi.|| 30

154v || *Cosmi*, id est hi, qui fuerunt electi in consilio, elegerunt duces et exercitus et ordinarunt militiam, ut hostibus resisteretur, et ex tunc ducatum habuerunt loco regni, dat aliam convenientiam, ibi: ECCLESIA AUTEM.

Positis istis convenientiis facit comparisonem earum ad invicem. Et primo de conviviis. 5

Hic facit comparisonem, quam paulo inceperat inter Cretenses et Lacedaemones.

Hic reprehendit hanc politiam quantum ad *kosmos*, quae est tertia pars principalis.|| 10

155r || Sensus est, quod *cosmi*, qui ad vitam principantes eligebantur in Creta, maius periculum fuit, quam ephori, qui eligebantur

30 IOANNES DAMASCENUS, *De fide orth.*, II, 14, 9 sqq. (BUYTAERT, p. 136, 71sqq.); cf. THOMAS DE AQUINO, *STh*, III, 18, 3.

ad tempus senectutis in Lacedaemonia. Tunc adiungit tertiam reprehensionem, ibi: ET NON SECUNDUM LITTERAS.

5 Hic excludit quandam responsionem, quae posset fieri, contra praedicta. Posset enim dici, quod populus quiescit et silet sub tali politia, et ergo est bona et per consequens non est reprehensibilis. Adhuc respondet: QUIESCERE AUTEM.

10 Ostendit, quod inconueniens est medicina illius mali, quam quidam ponunt.

Acosme dicitur ab *a*, quod est sine, et *kosmos* et est violenta cessatio *cosmorum*, quando scilicet cogebantur cedere. Unde quando *cosmi*, qui sunt iudices, nolunt dare sententias pro potentibus et tunc conspirantes deiciunt eos. Et hoc vocatur
15 *acosme*, id est cessatio potentatus *cosmorum* – et hoc est magis tyrannicum quam politicum.

Et quia posset aliquis dicere, quod hoc non statim sit, sed post magnum tempus occurrit. Et ideo dicit: EQUIDEM, etc.

20 Ostendit periculum in hoc, quia civibus sic dissentientibus non unanimiter occurrerent hostibus, et sic patietur civitas periculum eversionis. Et hoc est valde damnosum et periculum civitati.||

155v || Posset aliquis dicere, quod Creta hoc periculum non est passa. Adhuc respondet dicens: SED QUEMADMODUM. Et indendit dicere, quod talis civitas salvatur a civitatibus circumiacentibus in mari, ita quod impugnari non potest.

5 Capitulum tertium, in quo determinat de politia Calchedonensum. Et dividitur in tres partes. In prima ostendit, in quo maxime convenit cum politia Lacedaemoniorum. In secunda ostendit, ad quam transgressionem determinat, ibi: TRANSGREDITUR AUTEM. In tertia reprehendit ea, quae reprehensibilia sunt in ea, ibi: OPORTET AUTEM PUTARE. Circa primum
10 tria facit. Primo enim recommendat politiam Calchedonensem ultra alias politias iam dictas. Secundo probat per signum, ibi: SIGNUM AUTEM. Tertio ponit ea, in quibus convenit cum

Lacedaemoniae, ibi: HABET AUTEM SIMILIA, etc. Dicit ergo,
POLITIZARE AUTEM. 15

Ex littera eliciuntur tria signa, quibus ostenditur, quod Calchedonia bene se habet in multis. Primum signum est, quod habet populum bene coordinatum, sic quod quilibet secundum suum officium ordinate se habet ad alium, non supergrediens ipsum, nec seditionem movens. Secundum est, quod inter eos 20 nunquam fuit seditio tanta, quod digna esset mentione, licet forte unus cum alio in causis quandoque civiliter contendit. Tertium signum est, quod inter eos non surrexit tyrannus, qui crudeliter opprimeret alios, sicut enim VIII *Ethicorum* dicitur: Tyrannis opposita optimae urbanitati, id est regno, pessima 25 corruptio est, etc.

HABET AUTEM: secunda pars huius primae partis, in qua tria ostendit, in quibus politia Calchedonium assimilatur politiae Lacedaemonium. Et tangit primo duo. Primo enim ostendit, quod in tribus similis est et immitatur eam. Secundo ostendit, 30 quando in his excedit, ibi: ET MELIUS AUTEM, etc. Dicit ergo: HABET AUTEM, etc. Et intendit dicere, quod sicut apud Lacedaemonos sunt convivia, quae *philitiae* vocantur et prius vocabantur *andria*; ita apud Calchedonos sunt convivia societatum per communem contributionem, quae fiunt in demonstrationibus 35 honorabilium personarum et in festis. Et hoc est primum, in quo convenit cum ea. Tunc subdit secundum ibi: EUM AUTEM. Et intendit dicere, quod sicut apud Lacedaemonos eligebantur ephori, qui procurarent publicam, sic apud Calche<do- nos> eligebantur centum et quattuor, qui erant procuratores 40 rei publicae et principes civitatis. Tunc subiungit quandam parvam differentiam in electione virtutum, ibi: VERUMTAMEN NON DETERIUS, et vult, quod Calchedones non deterius, sed

24-26 ARISTOTELES, *Eth. Nic.*, VIII, 12, 1160b 1-12 (AL 26, 1-3, 4, p. 533, 19 – 534, 5).

melius eligunt quam Lacedaemones. Et ostendit in quo, ibi:
45 HII QUIDEM ENIM, IGITUR etc. Tunc convenienter ostendit
tertium, in quo conveniunt. Et est tale, quia sicut Lacedaemo-
nes eligebant quosdam, quos vocabant *bolulini*, id est consilia-
rios vocabant, qui regebant rem publicam. Sic ad imitationem
eorum Calchedones eligebant reges et *gerusios*, quos honoratos
50 vocabant, ad assistendum reges, etc.

ET MELIUS, etc. Posita ista convenientia ponit differen-
tiam, scilicet quod melius in tali electione habeant Calchedonii
quam Lacedaemonii.||

156r || Ratio est, quia non increpatur rationabiliter nisi vitium,
et non homo vel civitas. Et si unum vitium transgressionis est in
pluribus, eadem erit ratio increpationis.

Hic ostendit aliud, in quo specialiter reprehenditur.

5 Ostendit, quid speciale habuit Lacedaemonia.

Ostendit, quomodo declinat ad oligarchiam.

Ostendit, in quo convenit cum aristocratia.

Sortiales dicuntur, qui pauperes existentes non arte vel
dignitate, sed quasi sorte vel fortuite ad principatum veniunt et
10 ideo principatu abutuntur in lucrum.

Ostendit tertium, in quo aristocraticum est.

Ostendit, in quo transgreditur, seu declinat, ab aristocratia.||

156v || Posset aliquis dicere, quod respicere ad divitias in eligendo
principem peccatum est in principatu aristocratiae, praecipue cum
in ante habitis dictum est, quod virtuosus pauper etiam, etsi nolit,
cogendus est ad principatum. Et ideo subiungit, quod hoc pecca-
5 tum legislatoris est, non civitatis. Et ideo dicit: OPORTET AUTEM.

Et supple: his omnibus debuit legislator providere de aera-
rio publico et publicis redditibus, quod intantum abundarent,
quod non oportet venales esse et in principatu et private viven-
tes. Et ostendit inconveniens, quando secus est, ibi: SI AUTEM

etc. Et intendit, si principes propter hoc, quod vacant a negotiis 10
 propriis et intendunt communibus, oportent respicere et inten-
 dere, qualiter abundant hoc pravum et corruptum. Et huius dat
 rationem, ibi: **MAXIMOS PRINCIPATUUM.**

Ratio est, quia cives videntes, quod propter divitias adipi- 15
 scuntur principatus, inhiant divitiis, qualitercumque et quibu-
 scumque lucris et hoc maxima est corruptio, et ideo addit:
QUICUMQUE AUTEM.

Hoc enim non est de iustitia, neque de virtute, quod vendat
 sententias et iustitiam; ponit enim impretiabile sub pretio.

Quare dicens: dignius esset, quod legislator curaret de 20
 simplicibus communibus providere principibus, qui vacant
 publicis, quam quod divitibus propter divitias confertur prin-
 cipatus. Minus enim damnum est de communi providere eis,
 quam totam civitatem fieri amativam pecuniarum.

Secunda pars ultimae partis principalis istius capituli, in 25
 quam reprehendit legislatorem de hoc, quod plures principatus
 commisit gubernandos. Dicit ergo: **PRAVUM, etc.**

Ratio, quare est magis democraticum, quia favor populi
 accedit, cum etiam seipsos posse promoveri ad principatus
 viderit.|| 30

157r|| Ratio est, quia si plures sint, aliquando non concordant
 et sic causae protrahuntur. Et hoc probat in exemplis dicens:
PALAM AUTEM.

Hic tangit modum imperii Romanum, qui super civitates et
 terras sibi subiectas quosdam de suis emittebant in praesides et 5
 praeconsules, qui dirigerent negotia provinciarum et civitatum,
 ne dispendium esset in republica propter longam distantiam
 imperatoris. Et huius ordinationis utilitatem ostendit cum dicit:
 haec enim salvant et faciunt politiam mansivam. Quando enim
 unusquisque in principatu suo officium suum perficit, salvare 10
 politia a corrumpentibus et fit mansiva sine seditione populi.

Ratio est, quia nullam legem dederunt de hoc, quomodo rebelles redirent in subiunctionem et quietem a seditione.

Ponit epilogum de omnibus dictis.

- 15 Capitulum quartum et ultimum istius tractatus, in quo Aristoteles determinat differentiam instituentium politias. Determinat enim primo differentiam politiarum secundum seipsas. Secundo differentias earum secundum civitates, in quibus observantur. Et ideo nunc non refert nisi determinare differentias
- 20 earum secundum instituentes eas. Sicut enim dicit Aristoteles in *Ethicorum*, quod sermones morales magis acceptantur secundum auctoritatem eorum, qui diligunt mores, quam secundum syllogismum. Qui enim diligit virtutem, vera dicit de virtute. Dividitur autem istud capitulum in duas partes, in quarum prima
- 25 determinat differentias legislatorum et politiarum, quas instituerunt. In secunda adiungit diversa nomina legislatorum et legum, quas instituerunt, ibi: **LEGISLATORES AUTEM FUERUNT**. Circa primum duo facit. Primo determinat differentiam legislatorum in modo vitae. Secundo negotiatur circa legislationem Solonis,
- 30 ibi: **SOLON**. Dicit ergo, **EORUM** etc.

Secunda pars primae partis, in qua negotiatur circa Solonem, in qua tria facit. Primo enim ponit laudem Solonis. Secunda quorundam accusationem contra eum, ibi: **PROPTER QUOD ET QUIDAM**. Tertio excusationem ipsius: **VIDETUR AUTEM HOC**.

- 35 Areopagus idem est, quod vicus Martis. Athenienses enim colebant Martem propter militiam, in quo vico arae constitutae et divites quidem habitabant et conveniebant principatu oligarchico dominantes populo.||

157v|| Praetorium supple: quo causae devolvebantur per appellationes et populus conveniebat democraticum, id est, populare in

20-23 Cf. ARISTOTELES, *Eth. Nic.*, VI, 12, 1143b 8-18 (AL 26, 1-3, 4, p. 489, 21 – 490, 3).

favorem populi factum fuit. Et sic videtur Solon bene miscuisse politiam.

Videtur autem, intendit dicere, quod licet Soloni imponatur praetorium, tamen Solon non fecit, sed populus volens reducere ad unum causas omnium principatum. Et subdit, quod propter hoc accusabatur Solon – hoc enim attribuebatur ei, quod populus fecit. 5

Per hoc enim, quod dicitur in littera, videtur Solon omnes alias potestates convertisse in regnum. 10

Ostendit, quare accusabatur Solon, etc. Sortiale in Graeco dicitur *clerotum*, qui est principatus eorum, qui ad lucrum principantur, et ostendit hoc, quando dicens: CUM ENIM HOC, etc., intendit dicere, cum potestas per praetorium devoluta esset ad populum, tyrannice opprimebant nobiles et expulerunt pro voluntate ad modum, quo adhuc populus Lombardiae dominatur super nobiles. Et remedium quaerentes de hoc malo instituti sunt in democratiam relictis aliis principatibus. 15

Hic incipit excusare Solonem. 20

Astute concepit: hoc est populus. Primo astute concepit, qualiter opprimeret nobiles et aristocratiam converterent in democratiam. Et ideo in bello contra Medos acceperunt rectores praves, qui ad hoc populum confortarent pro *epicheis*, hoc est super iustis, qui principabant in aristocratia. Deinde dicit, quod accusabatur Solon de hoc, licet non esset culpabilis. Et ideo dicit: QUONIAM ET SOLON. 25

Quasi dicit: populus in tali potestate institutus nunquam erit servus, hoc est serviliter oppressus a talibus dominis, quos ipsi instituunt et corrigere possunt, nec erit adversarius eorum, quia populus non opponet se talibus, et sic non fiet seditio in civitate. 30

Ostendit, qualiter Solon instituit principatus, ut sciatur, quod non fuerit de intentione sua hoc malum. Et ideo dicit: PRINCIPATUS AUTEM. Et intendit, quod nullus principatur, 35

nisi esset insignis virtute et abundans, quia, sicut ante dictum est, quando viles accipiunt principatum, tunc multa mala fiunt in civitate; et similiter, quando pauperes intendunt lucris et corrumpunt iudicia. Et quia apud Athenas quingenti erant,
 40 qui ephori in Lacedaemonia, illos constituit ex quingentis Medimicis et Iugaliis. Et dicuntur Medimici et Iugalii, qui principatum habebant in artibus, sicut fabri inter se habent principatum societatis suae et lanarii et pictores et huiusmodi. Solon enim constituit hos ex mediis personis accipiendos.
 45 Et tertio sine vocato equestri, hoc est Solon constituit, quod illi, qui praesunt equestribus in civitate, acciperentur de tertio ordine civium, hoc est de illis, qui sunt in tertio gradu dignitatis in civitate. Et illi sunt, qui apud nos beruiarii vocantur, qui custodiunt vias, ut secure ducantur ea, quae pertinent ad
 50 civitatem.

Quartum autem. Determinat quartum genus secundum Solonem etc. Deinde subiungit: **LEGISLATORES AUTEM.** Tertia pars capituli, in qua enumerat legislatores: et qui fuerant. Iuxta quod nota. Locris est civitas Calabriae, quae respectu
 55 Graeciae est ad Occidentem. Et est in illa parte Italiae, quae sicut dicit Hieronimus in prooemio *Galeato*, quondam Magna Graecia vocabatur.||

158r || Dicentes, quia non est multum inspiciendum, quis vel cuius fuerit legislator, dummodo lex fuerit bona, sicut fuit Philolaus, quasi amator populi a *philos*, quod est amor, et *laos* – populus, quia leges dedit in favorem populi et fuit compatriota
 5 Phaedonis, de quo in praehabitis dictum est. Et quibus ipse leges dedit, subdit, quia Phaedon dedit legem Corinthiis.

Subdit de quodam alio legislatore.

56 Cf. **HIERONIMUS**, *Epist.*, 53, 1 (CSEL 54, p. 443, 8).

Ratio est, quia hoc didicerat a magistro suo Socrate, sicut dictum est in praecedentibus.

Symposiarchii dicuntur principes, qui simul ponuntur ut simul regnent in civitate et praesunt rei publicae, et qualiter instituantur arae deorum et exercitum in bellicis.|| 10

158v || Inducit alium philosophum, qui etiam leges posuit. Saevitia, id est, quod cives saevi essent, acriter punientes eos, qui magna damna facerent, ut quilibet timeret alii damna inferere, sicut modo apud nos infligitur suspendium latronibus, cum nulla lex, nec divina, nec humana furtum praecipiat morte puniri, sed furem deprehensum reddere in quadruplum vel subicere in servitutem. Tunc communiter subdit de alio dicens: FUIT AUTEM. 5

Confert enim civitati, ne cives se inebrient. Et ideo fecit acriter puniri ebrietatem, ut magis vitetur. 10

Subdit de alio, qui etiam posuit leges.

Subiungit epilogum omnium dictorum in II libro dicens: QUAE QUIDEM etc. Et sic in secundo libro determinatum est de politiis secundum opinionem antiquorum, et hoc est summa generalis totius II libri. 15

Sequitur tertius liber, etc.

BIBLIOGRAPHIA

- ALBERTUS MAGNUS, *Super Ethica commentum et quaestiones (=In Eth.)*, ed. WILHELM KÜBEL, (*Opera Omnia*, t. 14, 1, 1) Aschendorff 1968.
- ALBERTUS MAGNUS, *Commentarii in IV Sententiarum. Distinctiones XXIII-L (=Sent. IV)*, ed. AUGUST BORGNET (*Opera Omnia*, 30), Parisiis 1894.
- ALBUMASAR, *In iudicis astrorum* https://www.wdl.org/es/item/9540/#additional_subjects=Astronomy%2C+Medieval (25 XI 2016).
- ARISTOTELES, *Opera omnia*, ed. IMMANUEL BEKKER, Berolini 1831-1870.
- ARISTOTELES, *De generatione animalium (=De gen. animal.)*, ed. HENDRIK JOAN DROSSAART LULOFS, Bruges – Paris 1966 (AL 17, 2, 5).
- De historia animalium (=Hist. animal.)*, ed. PIETER BEULLENS, FERNAND BOSSIER, Leiden – Boston – Köln 2000 (AL 17, 2, I, 1).
- Ethica Nicomachea (=Eth. Nic.)*, ed. RENÉ A. GAUTHIER, Leiden-Bruzelles 1973 (AL 26, 1-3, 4).
- Metaphysica (=Met.)*, ed. GUDRUN VUILLEMIN-DIEM, Leiden-New York-Köln 1995 (AL 25, 3-2).
- Meteora (=Mete.)*, ed. GUDRUN VUILLEMIN-DIEM, Turnhout 2008 (AL 10, 2).
- Physica (=Phys.)*, ed. FERNAND BOSSIER, JOSEF BRAMS, Leiden-New York 1990 (AL 7, 1, 2).
- Politica (=Pol.)*, ed. PIERRE MICHAUD-QUANTIN, Bruges-Paris 1961 (AL 29, 1).
- Rhetorica (=Rhet.)*, ed. BERNHARD SCHNEIDER, Leiden 1978 (AL 31, 1-2).

- Topica* (= *Top.*), ed. LORENZO MINIO-PALUELLO, BERNARD G. DOD, Bruges-Paris 1969 (AL, 5 1-3).
- AUGUSTINUS HIPPONENSIS, *De civitate Dei* (= *De civ. Dei*), ed. BERNHARD DOMBART, ALFONS KALB, Turnhout 1955 (CCSL 47).
- AVERROES, ARISTOTELIS *Opera cum AVERROIS Commentariis*, Venetiis apud Iunctas 1562-1574.
- BEDA VENERABILIS, *Sententiae sive axiomata philosophica ex Aristotele et aliis praestantibus collecta* (= *Sent.*), PL 90, 965-1090.
- BERNARDUS CLARAEVALLENSIS, *De consideratione* (= *De consid.*), ed. JEAN LECLERCQ, HENRI-MARIA ROCHAIS, (*Opera*, 3) Romae 1963, p. 393-493.
- BOETHIUS, *De consolatione philosophiae. Opuscula theologica* (= *De consol.*), ed. CLAUDIO MORESCHINI, Monachii et Lipsiae 2000 (Bibliotheca Teubneriana).
- HIERONIMUS, *Epistulae I-LXX* (= *Epist.*), ed. ISIDORUS HILBERG, Lipsiae 1910 (CSEL 44).
- ISIDORUS HISPALENSIS, *Etymologiae*, (PL 82, 73-728).
- PLATO LATINUS, *Timaeus a Calcidio translatus commentarioque instructus* (= *Tim.*), ed. JAN HENDRIK WASZINK, London-Leiden 1962.
- IOANNES DAMASCENUS, *De fide orthodoxa. Versions of Burgundio and Cerbanus*, ed. ELIGIUS M. BUYTAERT, St. Bonaventure, New York 1955 (Franciscan Institute Publications. Text Series, 8).
- THOMAS DE AQUINO, *Corpus Thomisticum. S. Thomae de Aquino Opera omnia*: <http://www.corpusthomisticum.org/iopera.html>: *De regimine principum ad regem Cypri* (=), *In Politicorum* (= *In Pol.*), *Sententia libri „De anima”* (=), *Summa Theologiae* (= *STh*).

INDEX BIBLICUS

Exodus

41, 42-43: 73

Esther

6, 7-9: 73

Liber Sapientiae

8, 7: 44

12, 10: 48

Proverbia

7, 10: 82

Isaias

5, 8: 28

2 Machabeorum

4, 23: 84

1 ad Timotheum

1, 9: 60

INDEX PERSONARUM

- Albertus Magnus VII, IX, X, XIII-XV, XVII, XVIII, XX, 3, 12, 29, 47
Albumasar 76
Apuleius 50
Aristoteles V-IX, XIII-XVIII, XX, 3, 4, 8-11, 13-17, 20-24, 26, 28, 30, 35, 37, 39-46, 48, 49, 51-53, 56-58, 60-62, 64-69, 72, 73, 75, 68, 82-85, 89, 92
Augustinus Hipponensis 35, 79
Averroes 37, 83
Avicenna 12
- Beda Venerabilis 4
Bernardus Claraevallensis 83
Boethius Anicius Manlius Severinus 42, 62
- Cicero Marcus Tullius VII, 30, 42, 47, 56, 62
Commentator *vide* Averroes
Czartoryski Paweł V, VI, IX, XVII, XIX
- Eustratius 28, 37, 38
- Flüeler Christoph V
Fortin Ernest L. *vii, viii*
- Gregorius de Rimini VII, XV
Grabmann Martin V
Gualterus Burlaeus VII, IX, XV-XVII
Guilelmus de Moerbeke VII, VIII, XIII, XIV, XVI, XVIII
- Henricus Totting de Oyta VII, IX, XVII
Hesiodus 9
Hieronimus Strydonensis 94
Homerus 13, 42, 68
- Ioannes Buridanus VII, XV
Ioannes Duns Scotus XV
Ioannes Damascenus 37, 87
- Ioannes de Kluczborok IX, XVII
Isidorus Hispalensis 14
- Lambertini Roberto *xvi*
Lohr Charles V
Luscombe David V, VII, XIV
- Markowski Mieczysław XVIII
- Nicolaus Oresme VII, VIII, XV, XVI
- Paulus Worczyn VI, IX, X, XIII, XVII-XX
Petrus de Alvernia VII, XIV-XVI
Philosophus *vide* Aristoteles
Plato 44, 50, 51, 53, 60, 62, 63, 68-70, 73, 77, 80
Plinius Gaius Secundus 35
Priscianus Caesariensis 75
Pseudo-Aristoteles 79
Ptolomaeus XVIII, 24
Publius Ovidius Naso 20, 42, 76
- Rebeta Jerzy *xvii*
- Scipio Africanus 82
Seneca Lucius Annaeus 65
Słomczyńska Anna VI
Szymański Mikołaj *viii*
- Thales Milesius 39, 40, 71
Thomas de Aquino VII, XIV, XVI, 9, 13, 38, 62, 83, 87
Titus Livius 82
Theophrastus 79
- Vegetius Publius Flavius 63
- Włodek Zofia XVIII

INDEX MANUSCRIPTORUM

Kraków
Biblioteka Jagiellońska
502: IX, XVII-XX
513: XVIII
645: IX

Wrocław
Biblioteka Uniwersytecka
IV Q 51: *ix*

INDEX

Introduction

1. Aristotle's <i>Politics</i> in the Christian West	v
2. Authorship, Time of Composition, and Relation to Other Manuscripts	viii
3. Commentaries Relevant to Paweł's	xiii
Albert the Great's Commentary	xiii
Commentary by St Thomas and Peter of Auvergne . . .	xiv
Other Commentaries	xiv
Walter Burley's Commentary	xvi
Henry of Oyta's Commentary	xvii
4. Description of the manuscript BJ 502	xvii
Editing Principles	xix
Abbreviations	xx

GLOSSA IN POLITICAM. LIBRI I-II

Liber I	3
Liber II	49
Bibliographia	97
Index biblicus	99
Index personarum	100
Index manuscriptorum	101

